NICOLAVS .3.concessit fratribus mino.ut ad loca ubi seculares homines conueniunt in monasterijs monialium,possint illi fratres causa predicationis uel elemosine petende accedere,quibus id a superioribus suis pro sua fuerit maturitate uel idoneitate concessum. Exceptis semper monasterijs monialium inclusarum,scilicet sancte Clare,ad que nulli datur accedendi facultas, sine sedis apostolice licentia speciali. In declaratione regule Exijt qui seminat, que habetur. B. 2. tractatu. fo. 10. Et. b. ffo. 11.,tractatu.2. 1 Predicatio. Elemosina.

EVGENIVS .4.concessit q fratres mino. obseruantes possint intrare ad loca quaruncunq monialium, ubi seculares communiter intrant, de licentia suorum prelatorum quando mittuntur. o.ffo. 261. conce.675. 2 Cõcessio pro oĩbus mona.

NICOLAVS .5.concessit fratribus mino. q possint intrare & predicare in ecclesijs & locis monialium sancte Clare & aliarum quaruncunq, ubi seculares communiter intrant, de licentia suorum prelatorum quando mittuntur.o. ffo. 65 conce. 88. Et. fffo.99.conce.366. 3 Predicatio.

¶Aduerte q hec concessio uidetur solum esse pro predicatoribus, quia dicit intrare & predicare, idest ad predicandum. Collector

PIVS 2.ad instar Nicolai.5.concessit fratres posse predicare & intrare in locis quaruncunq monialium, ubi seculares communiter intrant, de licentia suorum prelatorum quando mittuntur. o.ffo. 66.conce.94. 4 Predicatio.

5 SIXTVS .4.concessit q fratres mi possint ire de li centia suorum prelatorum ad ecclesias & loca ubi habitant fratres deputati ad regimen monialium. o.fo. 63 Et.ffo.67.conce.125.Etfffo.96.conce.340.

6 Visitatio reliquiarũ ¶Idem Sixtus concessit q fratres predicti, causa uisitandi reliquias sanctorum, ut caput Ioannis baptiste, ad sanctum Siluestrum Rome, uel sanguinem sancti Francisci a ssisij, & huiusmodi, de licentia guardiani illius loci, aut alterius prelati ordinis, possint duntaxat accedere ad ecclesias monialium.s.Clare, & etiã pro temporum stationum & generalium processionum. o.ffo.58 conce.141.Etfffo.95.conce.323.

Processiones.

7 Concess. spe. pro moñ.scẽ Cla. & sci dñici. ¶Idem Sixtus concessit q fratres mi. possint de licentia suorum prelatorum accedere ad loca monialiũ.s. Clare & sancti Dominici, ad quę seculares accedunt, pro elemosina petẽda, & causa celebrandi, & pro alijs licitis & honestis.o ffo.69.conce. 142 Et ffo.100. conce.388.

8 Concessio pro oibus mo.q̃ non sunt.s.cla. ALEXANDER.6.cõcessit q prouinciales possint licentiare fratres ad alia monasteria q̃ sancte Clare, nõ solum causa elemosine petende uel predicationis faciende, sed etiam pro spirituali uisitatione consanguinearum uel alia necessitate. Intelligendo semper de locis ad quę seculares cõmuniter accedunt.o.fffo. 99.conce.369.

LEO.10.in quodam breui super prefatam materiã posuit sequentem clausulam. Non prohibemus tamẽ q fratres predicti.s.minores infra limites monasteriorum.s.Clare, & ad loca ubi fratres eisdem seruientes habitant, & alij seculares ingrediuntur, intrare & accedere, necnon cum eisdem (quando opus fuerit) & cum limitationibus in capitulis uestris ordinatis in locis in quibus relique persone seculares cum eisdem loquuntur, loqui possint. B.fffo.17 conce.56. ¶Circa

Collector predictam clausulam est aduertendum q nonnulli fratres opinati sunt, q in ea concedebatur eis amplior facultas q̃ in reliquis suprascriptis. Attamen secundũ ueritatem nihil penitus in ea cõceditur nec de aliquo deseruit quia licet prefatus Leo non prohibeat predi-

ctum

ctum accessum, prohibuit tamen Nicolaus. 3. ut patet supra in. §. primo.

¶ Pro intelligentia predictarum concessionum que prima facie uidentur continere contradictionem, aut saltem negationem & superfluitatem, sunt aliqua ad uertenda. Primum est, ꝙ huiusmodi concessiones fuerunt a diuersis commissarijs curie romane uel alijs fratribus ordinis impetrate, quorum aliqui nescientes ea que antea fuerunt concessa, procurauerunt eadem uel consimilia de nouo impetrare, seu alia circa idem latius uel strictius q̃ antea fuerat cõcessum. Alterum est ꝙ in quinq; ultimis concessionibus est tanta diuersitas, ꝙ nisi maxima cum attentione aspiciantur uix poterunt bene intelligi, nisi aduertendo ad sequẽtia. s. ꝙ in illa que est Nicolai. 5. & Pij. 2. limitatur tacite concessio antecedens Eugenij, & solum conceditur prelatis nostris facultas licentiandi fratres suos pro predicando, cum dicat fratres posse intrare & predicare. i. ad predicandum, ad loca ubi seculares intrant. In altera autem que est Sixti datur authoritas prelatis, ut possint mittere fratres suos ad ecclesiam monialiũ & ad loca ubi habitant fratres illis seruientes. Tamen de alijs locis. s. loquutorio. &c. nihil ibi conceditur. In alia uero que etiam est Sixti datur predictis prelatis facultas licentiandi fratres pro tribus causis duntaxat. s. pro uidendis reliquijs, & pro processionibus & stationibus. Et sic etiam ista est ad ecclesiam solũ; seu propter ingressum in ecclesiã ad tria predicta. In ante penultima uero que similiter est Sixti, & uidetur generalis pro omnibus prelatis & causis licitis, restringitur ad monasteria monialium. s. Clare & sancti Dominici. In penultima autem que est Alexãdri. 6. & est generalis pro omnibus causis licitis, & ad quecunq; monasteria, prout in ipsa patet, ad prouinciales solummodo & ad monasteria que non sint sancte Clare coarctatur.

¶ Et sic resolutorie est notandum, ꝙ nulla concessio inuenitur, quã iferiores a prouincialibus possint mittere uel licentiare fratres suos, ad alia monasteria q̃

Collector

Resolutio huius materie.

sancte Clare & sancti Dominici, nisi pro elemosina petenda & predicatione facienda, prout dicit Nicolaus. 3. in declaratione regule, excepta concessione supraposita Eugenii, que tamen (ut predictum est) uidetur limitata & restricta per subsequentes concessiones strictas suorum successorum. Ita q si absq aliquo scrupulo uellet aliquis frater ire ad monasteria monialiū sancti Bñdicti uel sancti Bernardi aut sancti Spiritus seu sancti Iacobi reliquarsiue cōsimiliū q nō sunt sancte Clare aut sancti Dominici pro uisitatione spirituali consanguinearum uel pro alijs quibuscūq causis necessarijs excepta predicatione & elemosine petitiōe, oporteret habere licētiā a ministro ꝓuinciali.

¶ Aduertendum est etiam q in illis casibus in quibus dicitur q guardiani possint dare licentiam ad accedendum ad monasteria. &c. possunt a suis superioribus prohiberi, prout frequenter fit tam ab ipsis q̄ a capitulis generalibus uel prouincialibus aut custodialibus. ¶ Aduertendum est insuper q post omnes prefatas concessiones, in quibus authoritas accedēdi ad monasteria remittitur ad superiores fratrum, facte sunt alique ordinationes generales in uarijs capitulis generalibus. Prima ordinatio in capitulo generali in oppido Florenciaci celebrato sic dicit.

Statutum generale. ¶ Item fratres de licentia suorum prelatorum & cū causa legitima possunt accedere ad monasteria monialium & inclusarum cuiuscunq ordinis etian sancte Clare. Et necdum ad ecclesiam sed ad cratem etiā & loquutorium, dum tamen fiat de licentia uicarij illius domus uel eius superioris petita & obtenta. Hec habentur in mo. 2. expressionis. 2. tractatu ffo. 245.

Statutum generale. ¶ Secunda ordinatio facta est in capitulo generali Maclinensi, sub tali forma.

¶ Item q confessores monialium possunt licentiare fratres ad eos declinantes, ut possint ad cratem accedere, & ad loca ubi seculares conueniunt. Hec habentur ubi supra ffo. 247. Et fo. 228 in. 3. tractatu.

Statutum generale. ¶ Attamen postea in capitulo Burdegalensi facta est alia ordinatio prefatas restringens sub tali tenore.

¶ Omnibus fratribus cuiuscunque conditionis existãt, sub legitimorum actuum priuationis pena, firmiter inhibetur, ne cum aliqua moniali colloquium habeãt nisi pro qualibet uice licentiam specialem a ministro prouinciali in scriptis habeant.

¶ Vltimate uero in statutis generalibus totius ordinis in capl'o generali Burgẽsi facta ẽ sequẽs ordinatio. Statutum generale.

¶ Ministri prouinciales uel custodes curam habentes monialium sancte Clare, in suis prouideant capitulis, qui fratres & quando ad earum seruitium habeant deputari. Ita q alii fratres ad ipsarum uel aliarum etiam tertii ordinis in congregatione uiuentiũ, nostre cure subiectarum monialium loca, absque ipsius capituli uel ministri licentia in scriptis determinate habita, accedere aut loqui non presumant. Contrafacientes a suis superioribus grauiter puniantur.

¶ Ista autem ordinatio debet nunc solummodo obseruari, quia fuit authoritate apostolica facta.

¶ Est tamen aduertendum circa huiusmodi statutũ q licet non faciat mentionem nisi de monialibus sancte Clare & tertie regule non tamen propter hoc remouet prohibitionem Nicolai. 3. suprapositam. §. j. immo idem iudicium est habendum quoad hoc respectu aliarum monialium, quia scilicet nullus potest eis loqui nec ad ipsarum loca accedere absque prefata licentia in scriptis. Collector

ALTARE.

HONORIVS .4. concessit ut si diocesani requisiti a fratribus minoribus debita humilitate noluerint in ecclesijs eorũ primarium lapidem ponere, ac ecclesias uel oratoria & altaria sua consecrare, uel id facere ultra quatuor menses distulerint, possint predicti fratres per quoscunque uoluerint episcopos (gratiam & cõmunionem apostolice sedis habentes) premissis recipere. B. fo. 17. Et ff o. 101. conce. 112. 1 Edificare Cõsecrare

CLEMENS .4. concessit q in locis ubi fratres degũt, possint habere oratoria, in quibus cũ altari portatili 2 Celebrare diuina.

possint missarum solennia, & alia diuina officia celebrare, ac etiam ecclesiastica recipere sacramenta. B. fo. 56. Et ffo. 140. conce. 313.

3 SIXTVS .4. concessit eisdem fratribus, ut non solum in oratorijs & locis quibus degunt, sed etiam in quouis alio loco congruenti & honesto, possint super altari portatili, missas libere & licite celebrare. B. fo. 59. Et ffo. 143. conce. 344.

4 ¶ Idem Sixtus concessit quedam alia pertinentia ad altaria. Et hec habentur infra in dictione Benedicere in. §. 5. &. 6.

5 Celebrare ALEXANDER .6. fecit quandam concessionem circa hanc materiam que habetur in dictione Celebrare. §. 10.

6 Reliqas Cōsecrare ¶ Idem Alexander concessit ut fratres mi. possint sine aliquo scrupulo alicuius censure, mittere reliquias extra urbem Romam pro consecratione altarium, & lapides cuiuscunque generis, siue consecratos siue non. o. ffo. 70. conce. 174. Et fffo. 99. conce. 357.

Collector ¶ Vltra omnia pdicta, uide nōnulla alia pertinentia ad altaria, infra in dictione Benedicere. §. 12. &. 13.

APPELLARE.

1 Correctio BONIFACIVS .8. statuit ut ad correctiones & punitiones fratrum ordinis mi. delinquentium infligendas, prelati ordinis eiusdem rimulis & apicibus iuris postpositis, libere procedere ualeant, sm consuetudines approbatas, & generalia facta & facienda ipsius ordinis instituta. Et q predictis fratribus nō liceat ab eisdem correctonibus aliquatenus appellare, preuia tamē in hoc deliberatione & maturitate debita obseruatis. B. fo. 125 Et ffo. 202. conce. 499.

Collector ¶ Circa materiam appellatiōis aduerte, q Sixtus .4. concessit q generalis fratrum carmelitarum ac etiam augustineñ possit exercere suum officium reiecta quauis suorum subditorum appellatione, prout habetur late infra in dictione Generalis. §. 10.

APOSTATE AB ORDINE.

¶ Distinctio materie apostatarum ab ordine.

SCIENDVM est φ circa fratres apostatātes ab ordine seu a religione, sunt multa & uaria statuta & ordinata per plures summos pontifices. Et istorum aliq a pertinent ad excommunicationem & alias penas quas huiusmodi fratres incurrunt, seu que contra eos possunt per prelatos inferri. Hec autem continentur infra in omnibus .§. ubi in margine ē posita hec dictio Excōmunicatio, Alia pertinent ad eorundem apostatarum reductionem & correctionem. Et hec habētur infra ubicunq in margine ponitur hec dictio Correctio. Nonnulla uero spectant ad formā & modum licentiandi aut eijciendi tales fratres uel alios consimiles ab ordine. Ista autem habentur etiam infra in omnibus .§. qui in margine habent sequentes dictiones, scilicet Eiecti ab ordine, uel licentiare fratres. — Collector

GREGORIVS .9. statuit φ post factam professionem nullus fratrum ordinis minorū audeat relinquere predictum ordinem, nec relinquentem sit licitum alicui retinere sub excōmunicationis pena. B. ffo. 201. conce. 493. — 1

INNOCENTIVS .4 prohibuit districte, ne egressi ab ordine nostro proprio suo motu, aut expulsi pro suis culpis & demeritis, presumant predicare aut docere uel confessiones audire (nisi de licentia pape aut prelatorum nostrorum) ad alium transierint ordinem. Et uoluit φ si forte contra huiusmodi prohibitionem aliquid attentauerint, possint generalis & prouinciales ordinis in illos excommunicationis sententiam promulgare. B. fo. 36. Et ffo. 120. conce. 261. De hoc uide infra .§. 10. — 2 Eiecti ab ordine. Predicatio. Confessio Excōmunicatio.

¶ Idem Innocentius precepit omnibus ecclesiarum prelatis, ut omnino euitent fratres minores discedētes ab ordine post professionem, presertim si sint excōmunicatione notati. At φ illos (cum requisiti fuerint a ministris & custodibus) denunciari faciant fore excōmunicatos, ut cum demum se cognouerint inter homines humano solatio, ad ordinem suū & ad reddendū deo uotum quod in eius susceptione deuoue — 3 Excōicatio.

rant,reuertantur.B.fo 37.Et ffo.121.conce.263.

4 ¶ Idem Innocentius decreuit, q retinentes fratres minores sine licentia recedentes,sint ipso facto excommunicati.b ffo.260.conce.651.

Excōicatio.

5 ¶ Idem Innocentius concessit,q generalis & prouinciales ministri ac custodes & ceteri fratres ordinis minorum possint apostatas & insolentes dicti ordinis excommunicare ligare capere & carceri mancipare, si uidebitur expedire.B.fo.37.Et ffo.121.conce 264.

Excōmunicatio.
Correctio.

6 ALEXANDER .4.precepit in uirtute sancte obedientie,ac districte inhibuit quibuscunq prelatis superioribus fratrum mino.ne aliquibus fratribus dicti ordinis asserentibus se non posse ipsius ordinis obseruātias sustinere concedant licentiam transeundi ad ordinem sancti Benedicti uel cartusiensium, nisi sub ea conditione,q in ordine ad quem licentiantur debeāt permanere.Quod si contra fecerint scilicet transeundo ad minorem seu minus strictum ordinē,uel(quod absit)ad seculum reuertantur, uoluit dictus pontifex q prefati prelati possint circa tales rigorem ordinis exercere. Ac insuper decreuit ut quicquid circa concessionem huiusmodi licentie secus factum fuerit,irritum sit & inane.b.fo.26.Et ffo.28.conce 22.

Prohibitio.
Licētiare fratres.

7 CLEMENS .4.inhibuit ne quis post professionem in ordine nostro factam sine generalis uel prouincialis sui licentia discedat ab ipso ordine,ac q discedentem absq cautione literarum idest licentia in scriptis alterius huiusmodi prelatorum,pretextu alicuius priuilegij appstolice sedis, nullus audeat retinere. Quodq si forte retinere presumpserit,possint generalis & prouinciales ministri duntaxat contra ipsos fratres discedentes sententiam excommunicationis promulgare B fo.57.Et ffo.141.conce.327.

Prohibitio.
Licētiare fratres.
Excōmunicatio.

¶ Aduertendum est q in mari magno fratrum predicatorum conceditur supradicta facultas non solum generali & prouincialibus, sed etiam singulis prioribus conuentuum & eorum uicarijs. Et ideo ratione cōmunicationis priuilegiorum poterūt gaudere huiusmodi facultate,respectu fratrum minorū guardia

Collector
Pro guardianis & uicarijs eorum.

ni & eorum uicarij quando .s. sunt presidentes domorum fratrum. Et similiter intelligendum est quandocunq; fit mentio de uicarijs. Additur etiam in prefato mari magno predicatorum, q; detinentes fratres discedentes, secū uel in monasterijs aut ecclesijs suis, nisi eos eiecerint postquam eis denuntiatum fuerit, sint excōmunicati B. ffo. 237 conce. 554. Excōmunicatio.

¶ Attende insuper circa prefata q; in mari magno fratrum carmelitarum additur quedam magna clausula scilicet q; possint prelati ordinis promulgare sententiam in retinentes fratres discedentes seu apostatas, siue tales retinentes sint laici uel clerici. Et hec est ualde magna authoritas concessa prelatis ordinis. Et credo q; alibi nō inueniat similis. B. ffo. 183. con. 452. Collector Nota.

¶ Idem Clemens statuit q; si aliqui de fratribus predicti ordinis, post obtentam licentiam a sede apostolica seu a prelatis eiusdem ordinis, ad religionem aliam transeundi, infra duos uel tres menses se ad aliam religionem sue saluti congruam non contulerint, & ipsius non susceperint habitum regularem, licitum sit generali & prouincialibus ministris ac uices eorum gerentibus, contra ipsos tanquam contra alios predicti ordinis apostatas procedere sm quod honestati ipsius ordinis uiderint expedire. B fo. 57. Et ffo. 142. conce. 327. 8 Excōmunicatio.

¶ Quo ad supradictam concessionem est notandum q; in mari magno fratrum predicatorum conceditur q; non solum generalis & prouinciales ac eorum uices gerentes possint procedere contra fratres supradictos, uerumetiam singuli priores & eorum uices gerentes. Ac per consequens uirtute communicationis priuilegiorum, poterunt similiter facere guardiani fratrum minorum & qui ipsorum uices habuerint. B. ffo. 238 conce. 555. Collector Pro guardia. & uic.

9 ¶ Idem Clemens concessit generali & prouincialibus ministris, ut possint apostatas dicti ordinis excommunicare capere ligare incarcerare, & alias subdere rigori discipline, tam per seipsos q̄ etiam per alios. Et hoc in quocūq; habitu eos cōtigerit reperiri, Correctio. Excōmunicatio.

inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secula-ris B.fo.58.Et ffo.141.conce.328.

Collector ¶Aduerte ꝙ in mari magno fratrum carmelitarum in.§.Apostatas quoq; uestri ordinis &c. additur, ꝙ pre-

Nota. fati fratres apostate possint capi & incarcerari &c. in quocunq; loco, etiam si in curia romana inueniri eos contigerit, in qua sicut extra possint plati ordinis sup suos subditos ratione ꝓfessionis tā tacite q̄ expresse emisse, tanq̄ ordinarij ꝓcedere. Et hec concessio cre-do ꝙ non reperiatur alibi.B.ffo 186.conce.470.

10 ¶Idem Clemens inhibuit, ne fratres quos ab ordine

Eiecti ab ordine. pro suis culpis per generalem uel prouinciales mini-stros aut custodes expelli cōtigerit, uel qui egressi fue-rint proprio suo motu, predicare cōfessiones audire seu docere presumant, nisi ad alium ordinē in quo li-cite exercētur huiusmodi officia transierint cū p̄fata

Predicatio. licētia. Et ꝙ si forte cōtra huiusmodi ihibitionē aliq̄d super p̄missis temere attētare p̄sumpserint, ministri & custodes ac eorū uicarij, in illos quos infra fines sua-

Confessio rū ꝓuinciarū & custodiarū (iuxta cōsuetudinē dicti or-dinis) districtos inuenerint talia p̄sumētes, monitiōe p̄missa authoritate apostolica, excōicatiōis snīam ua-

Excōmunicatio. leāt ꝓmulgare.B.fo.58.Et ffo.141.conce.329.

Collector ¶Attende ꝙ in mari magno fratrū carmelitarū, au-ctoritas in cōcessione imediate suprapōsita contēta, extēditur etiā ad priores locales & eorū uicarios. Et sic ꝓpter cōicationē priuilegiorū poterūt guardiani & uicarij fratrū mino. uti cōsimili authoritate B. ffo.

Pro guardianis & uicarijs. 186.cōce.471. Ac similiter in mari magno fratrū p̄di-catorū cōceditur p̄fata authoritas singulis prioribus cōuētualibus & eorū uicarijs. Ita ꝙ semper parificant quo ad ista priores cōuētuales & eorū uicarij, nisi ubi expresse distinguit priores cōuētuales a ꝓuincialibus quod tñ nunq̄ reperitur factum de guardianis & uica-rijs frarum mino.B.ffo.238 conce.557.

11 ¶Idem clemens statuit, ut eiectos a predicto ordi-

Eiecti ab ordine. ne uel egressos, qui a receptione in eodem ordine (suis culpis exigentibus) se reddiderint indignos, & alij fratres eiusdem ordinis qui ex rationabili cau-

sa ad quoscunq; ordines approbatos(preterq̃ ad beati Augustini templariorum & hospitalariorũ ac aliorum religiosorum arma portantium) ad uitandam occasionem euagandi transire uoluerint, generalis & prouinciales ministri cũ suis testimonialibus literis, authoritate apostolica liberam habeãt licentiandi facultatem. Et districte inhibet ne tales ad alium ordinẽ aliter transire uel aliqui eos recipere seu retinere presumant absq; licentia speciali sedis apostolice facien te de hoc plenam mentionem. B. fo. 58. Et ffo. 141. conce. 330. & 331. Licentiare fratres.

NICOLAVS .4. statuit & ordinauit, ut fratres ordinis mi. qui post professionem ab eis in ipso ordine factam, ad quoscunq; ordines, petita uel nõ petita, obtenta uel non obtenta a suis superioribus licentia, immediate seu per alium uel alios ordines mediate trã sierint uel etiam extra illos, ad nullam omnino administrationem uel officium curam animarum habentem, nec etiam ad aliquam dignitatem uel prelaturã seu personatũ quoquomodo possint assumi, absq; apostolice sedis speciali licentia, per ipsius sedis patentes literas concessa, facientes plenam certam & determinatam de statuto & ordinatione huiusmodi mentionem, decernens irritum & inane quicquid secus fuerit attentatum. B. fo. 28. Et ffo. 111. conce. 239. 12 Promotio ad dignitates.

BONIFACIVS .8 concessit prelatis ordinis mi. ut apostatas & insolentes dicti ordinis nisi huiusmodi prelatorum salubribus monitis acquiescant excõmunicare, capere, ligare & carceri tradere (si uidebitur expedire) possint & ualeant ut habetur in cõstitutio. seu statutis ordinis generalibus in. c. de correctione delinquentium. 13 Excõmunicatio. Correctio

MARTINVS .5. statuit, ut nullus religiosus ex quibuscunq; ordinibus mendicantium, cuiuscunq; status conditionis uel religionis existat, quomodocunq; uel qualitercunq; possit uel debeat uirtute cuiuscunq; licentie aut indulti apostolici in genere uel in specie, ab ordinibus huiusmodi mendicantium ad monasticos ordines transferri, nec admitti aut recipi (ordine 14 Pro omnibus fratribus mendicãtibus.

Cartusiensium duntaxat excepto)sub pena excõmunicationis,in quam tam recipientes q̃ recepti ipso facto incurrant,& a qua a nemine nisi a romano pontifice duntaxat(preterq̃ in mortis articulo).excõmunicati huiusmodi absolutionis beneficium possint quomodolibet obtinere.B.fo.88.Et ffo.171.cõce.400.

Excõmunicatio

15 EVGENIVS.4.& Pius.2 statuerunt ꝙ si quis prelatorum uel fratrum minorum tam conuentualium q̃ de obseruãtia nuncupatorũ aliquẽ fratrẽ fugitiuum seu apostatam receperit, ab officio cui preest suspensus & ad actus legitimos exercendos inhabilis fiat eo ipso. Et ꝙ huiusmodi frater fugitiuus a suo prelato ubicunq; repeti ac pro crimine & leuitate aut alia sue fuge causa,corrigi & puniri possit. Ac ꝙ si post q̃ punitus & correctus fuerit recedere uoluerit, petere debeat licentiam,prout alias ordinatum est. Nec de cetero a quouis fratrum de obseruantia repeti possit, nisi forte constiterit eum ad frugem melioris uite redire uoluisse. Et decreuit insuper ꝙ si quis prelatorum uel fratrum predictorum, super restitutione fugitiuorũ huiusmodi requisitus, illã facere noluerit, in suspensionis & inhabilitatis predicte sententiam incidat eo ipso.B.fo.6.Et ffo.90.conce.197.Circa hoc uideatur infra.§.sequenti.&.19.

Pro fratri. mi. obser. & conuentua.

Correctio

Licentiare fratres.

16 PIVS.2.statuit ꝙ pretextu cuiusuis licentia aut concessionis etiã per ipsum & sedem apostolicã generaliter uel specialiter cuicunq; sub quacunq; forma uel expressione uerborũ date,etiã si talis fuerit ꝙ de eius tenore & nomine.&c.specialis specifica & expressa mentio habẽda fuerit,nullus prelatus aut conuentus uel singularis persona,tã ecclesiastica q̃ mundana recipiat aut recipere faciat audeat uel presumat aliquẽ de fratribus mino.obseruãtie recedentẽ ab aliquo cõuentu siue loco,nisi ipse frater de licẽtia sui superioris prelati in scriptis concessa & facta recesserit. In qua de loco unde recesserit & de persona siue loco ad quem accedere uoluerit,specialis & expressa mentio fiat,decernens irritum & inane quicquid secus factum uel attentatum ẽ.erit.B fo.27 Et ffo.111.conce.238.

Licentiare fratres.

¶ Idem Pius fecit quandam copiosam prouisionem contra omnes principes & duces ac alios magnates fauentes apostatis & alijs fratribus inobedientibus ordinis Carmelitarũ, mandans procedere cõtra ipsos per censuras ecclesiasticas & inuocationem brachij secularis B.fo.91. Et ffo 172.conce.404. 16 Ex priuilegijs fratrũ carmellitarum.

¶ Idem Pius concessit generali & alijs prelatis inferioribus ordinis carmelitarum predicti, ut omnes & singulos apostatas criminosos incorrigibiles aut delinquentes fratres eiusdem ordinis, quos iuxta ordinis instituta & consuetudines commode punire nequiuerint, non solum penis in statutis ordinis cõtentis, sed etiam (si eorum demerita & excessus id exegerint) arctioribus penis possint illos, tam per se q̃ per locorũ ordinarios & eorum officiales seu alios ministros capere & carcerali custodie mancipare, ac torquere & torqueri facere & punire. Ita tamen ꝙ si eorundem fratrum excessus adeo graues & enormes fuerint, ꝙ illorum occasione questionibus subdi debeant uel tormentis (citra tamen ultimi supplicij mutilationisq; membrorum penas) questionibus huiusmodi subijci nequeant uel torqueri, nisi cum duobus ex fratribus antiquioribus dicti ordinis, ad hoc per superiores deputatorum p̃sentia & assensu B.fo.92. Et ffo.175, cõce.409. 17 Correctio Nota.

PAVLVS .2. statuit ꝙ fratres mi. conuentuales nequeant recipere aliquos fratres de obser. transfugas seu ad eos fugientes, nisi ostenderint literas licentie a prelato suo per eos obtentas, in quibus contineatur nomẽ conuentus a quo recesserint, & illius ad quem remissi sunt, etiam sub pretextu cuiuscunq; licentie super hoc ipsis fratribus conuentualibus eorumq; prelatis ab apostolica sede concesse, quam quo ad hoc penitus reuocauit, sed illos ad prelatos suos remittere teneantur. Et uice uersa prohibuit ne fratres de obser. recipiant scandalosos & criminosos frarres conuentuales & disciplinam ordinis subterfugientes, sed illos similiter ad prelatos suos remittere debeant, seruata tamen forma per Eugenium.4. & Pium.2. tradita, scilicet supra in cõcessiõe.14.&.15. 18 Pro fratribus obseruantibus & conuentualibus.

Licentiare fratres. Et uoluit ꝙ contrafacientes & eis dantes consiliū auxilium uel fauorem publice uel occulte directe uel indirecte, cuiuscūq; status gradus uel dignitatis fuerint in ordine, excōmunicationis sententiam incurrant, a qua non possint nisi a romano pontifice (preterꝗ in articulo mortis) absolutionis beneficium obtinere. B. fo.9. Et ffo.94. conce.202.

Excōmunicatio.

19 INNOCENTIVS .8. confirmauit literas Sixti.4. inferendo illas de uerbo ad uerbum, in quibus statuit ꝙ quicunq; frater minor regularis obseruantie, absq; licentia generalis uel prouincialis sui presumpserit recedere ab eorum obedientia seu apostate, ipso facto excōmunicationis sententia ligatus sit. Quam sententiam uoluit ut similiter incurrant recipientes huiusmodi fratres, non obstantibus quibuscunq; priuilegijs & literis apostolicis in genere uel in specie quibuslibet locis uel personis per sedem apostolicam concessis, & imposterum concedendis B. fo.37. Et ffo.121. conce 256.

Excōmunicatio.

20 ALEXANDER .6. edidit quandam bullā magnā in qua copiosissime & sufficientissime prouidit cōtra fratres apostatas aut exemptos uel ad alios ordines translatos absq; licentia prelatorum ordinis & obseruantie nostre. Et quia longum foret explicare omnes clausulas in ea contentas, ideo sufficiet remittere ad illam. B. fo 14. Et ffo.98. conce.209.

21 IVLIVS .2. confirmauit literas Alexandri.6. immediate suprapositas, prohibentes fratres posse commorari extra domos sui ordinis, nec sede una prouincia uel custodia ad aliam transferre, etiam pretextu literarum apostolicarum. B. ffo.210. conce.513.

22 ¶ Idem Iulius dun esset cardinalis & protector ordinis minorum, fecit authoritate apostolica quendam processum contra fratres dicti ordinis de obser. transferentes se ad conuentuales uel alias quomodocunq; recedentes ab obedientia obseruantie. Et quia huiusmodi processus multum ualet in hac materia, ideo oportet illum uidere ad longum B. fo.72. Et ffo.155. conce.374.

¶ Idem Iulius promulgauit sententia excõmunicationis contra fratres ordinis predicatorum discendentes ab ordine suo sine licentia suorum prelatorum, non obstante quocunq; priuilegio apostolico. In quã excõmunicationem similiter incurrunt detinentes huiusmodi fratres secum in suis monasterijs uel ecclesijs, nisi eos eiecerint postq̃ eis denunciatum fuerit. B. ffo. 237. conce. 554. 23 Pro fratribus predicatorum. Excõmunicatio.

¶ Idem Iulius precepit generali fratrum Augustinensium in uirtute sancte obedientie, ut fratres sui ordinis cuiuscunq; conditionis fuerint, qui ab obedientia exierint aut habitum reliquerint, quacunq; authoritate id fecerint nisi ad arctiorẽ regulam ubi actu obseruanter uiuant transierint, uigore quaruncunq; literarum apostolicarum, etiam si protector ordinis illas uiderit, & etiam si concedendas asseruerit, eos ad ordinem & ad ordinis loca reuocet, & bullas auferat, & habitum sacrilege relictum resumere cogat inuocato si opus fuerit auxilio brachij secularis. Decerint insuper motu proprio & ex certa scientia, ut fratres qui ab ordine recesserint, aut habitum reliquerint tunc uel imposterum, nisi post mandatum dicti generalis, infra dies octo mandato proximos ad obedientiam redierint, habitũq; perpetuo gestandum resumpserint excõmunicationis late sententie penam incurrant, a qua absolui nisi aut per summum pontificem aut morte interueniente non possint. Voluit etiam & decreuit, eandem penam subire omnes qui illis auxilium, consilium aut fauorem prestiterint. Ac decreuit irritum & inane quicquid super his a quocunq; quauis causa siue scienter uel ignoranter cõtigerit attentari. B. ffo. 267. conce. 595 Et ffo. 76. conce. 226. 24 Pro fratribus augustinentiũ. Excõmunicatio.

¶ Idem Iulius confirmauit decretum Martini. 5. ut nemo de ordine predicto, ad aliquem aliorum ordinum (occasione arctioris regule) transire possit. Voluitq; ut quisquis in dicta religione siue professus siue ad sacros ordines promotus fuerit (quam promotionem professionis loco & esse & haberi statuit) habitũ dicti ordinis relinquere aut mutare nulla authoritate 25 Pro augustinẽsibus. Ordines sacri. Professio.

possit, nisi missionem literasq; a generali ordinis obtinuerit. B.ffo.269.conce.694.

26 ℂIdem Iulius districte precepit uniuersis fratribus ordinis minorum sub excõmunicationis late senten tie pena, ne aliquem fratrem ordi. mino de obseruantia aliquo modo uel causa, recipere uel retinere presumant, sine expressa & speciali licẽtia sedis apostolice, a uolente transire ad illos specialiter obtenta. Non obstantibus quibuscunq; in fauorem dictorum fratrũ minimorum concessis. B fffo.12 conce 48.

Excõmunicatio.

27 LEO.10.dedit fratribus minoribus super huiusmodi materia, duas magnas prouisiones in duobus breuibus que prius diuersis tẽporibus cõcesserat, ac postea insimul de nouo concessit cũ aliquibus additionibus In quibus breuibus prouidet plenissime contra fratres apostatantes, aut ab obedientia ordinis qualitercunq; recedentes absq; licẽtia platorũ, inferendo fere oĩa que oẽs sui antecessores circa hoc disposuerunt, ita q̃ in hac materia nõ reperit tã grãdis puisio facta. B.fffo.50.conce.146 usq; ad.151.concessionem.

Excõmunicatio.

28 ℂIdem Leo concessit, ut prelati ordinis mino obseruantie, & alij fratres quibus ipsi commiserint, capere possint per se uel manu aliquorũ secularium, quoscunq; fratres extra obedientiã obseruantie uagantes, siue portent habitũ siue non, & eos detinere quousq; ostendant se esse alterius obedientie. B.fffo.62.conce.202.

Correctio

29 ℂIdem Leo concessit omnibus fratribus minoribus regularis obseruantie, ut ipsi perpetuis futuris temporibus, possint recuperare fratres qui quomodocunque de sua obedientia exierint, & illos ad regularem suam uitam reducere, non obstante q̃ dicti fratres habeant quascunque literas apostolicas, etiam si in eis sit derogatum omnibus concessionibns in fauorem predictorum fratrum regularis obseruantie & contra dictos apostatas habitis. Et uoluit q̃ etiam si in literis dictarum exemptionum sint iudices deputati executores, & etiam si dicti iudices uel eorum aliqui fulminauerint censuras, nihilominus dicti fratres mino. possint recuperare corrigere castigare & retine

re suosfratres. Hoc tamen in foro conscientie tantũ. De foro uero contentioso quando iudices ad petitiones illorum contra dictos fratres procederint, essent examinãde litere exemptionum suarum, cum literis reuocatorijs ordini concessis & tunc esset stãdum fortioribus. o. fffo. 94. conce. 297. Correctio

BAPTIZARE.

GREGORIVS .9. concessit fratribus minoribus in terris saracenorum & paganorum proficiscentibus pro zelo fidei christiane, ut possint illarum partiũ homines per ministerium exhortatiõis sue ad unitatem fidei christiane conuerti cupientes, recipere & baptizare. B fo. 20. Et ffo. 22. conce. 4. 1 Pro terris infidelium

¶ Idem Gregorius concessit iterũ hoc idem latius, cum multis alijs attinentibus ad conuersionem infidelium. b. ffo. 257. conce. 641. 2

¶ Aduertendũ est ꝙ in capitulo generali meclinensi facta est sequens declaratio. Collector

¶ Item fuit declaratum ꝙ frater sacerdos in extrema necessitate possit paruulo dare sacramentum baptismatis, dummodo non adsit alius sacerdos, etiam in presentia uirorum secularium laicorum. Et quod in regula prohibetur ne fratres fiant compatres. &c intelligendum est quo ad eleuationem de fonte baptismatis, non quo ad baptizationem predictam. Quia ut dictum est in casu necessitatis absente sacerdote seculari uel alterius professionis, bene possunt fratres nostri sacerdotes baptizare. fo. 228. tracta. 3. Et ffo. 247. tracta. 2. Capitulũ generale.

BENEDICERE ECCLESIASTICA.

¶ Distinctio materie infrascripte.

¶ Quo ad benedictionem rerum ecclesiasticarum continentur multa & uaria in priuilegijs fratrum. Et istorum aliqua pertinentur solum ad episcopos. Hec autem continentur infra. §. 2. cum remissione ibi addita, & in. §. 3. &. 5. &. 6. & 13. &. 14. Collector

Alia spectant ad prelatos fratrum. Ista uero habentur infra .§.7.&.8.&.9.&.10.&.11.ac.12. Reliqua concernunt omnes fratres sacerdotes. Et ista reperiuntur infra .§.1.&.4.&.12. prope medium.

1 Pro terris infideliū. GREGORIVS .9. concessit, q fratres mi. presbiteri in terris infidelium existentes possint uestes sacerdotales altaris pallia & corporalia (cum necesse eis fuerit) benedicere, ubi catholicorum episcoporū copia non habetur. B. ffo.2 97. conce.641.

2 HONORIVS .4. fecit quandam concessionem que aliqualiter pertinet ad hanc materiam, que concessio posita est supra in dictione Altare .§.1. Vide illam quia sequens concessio, que hic ponitur facit mentionem de ipsa.

3 Ex priuile. carmeli. Episcopi Cōsecrare IOANNES .22. concessit fratribus Carmelitis idē quod supra nobis fuerat concessum & aliquantulum latius, dicens q si locorum ordinarij a fratribus humiliter requisiti, noluerint seu recusauerint indebite, cemiteria eorum benedicere seu etiā consecrare, possint huiusmodi cemiteria per aliquem antistitem gratiam & communionem sedis apostolice habentem, quotiens opus fuerit facere benedici ac etiam consecrari. B. fo 89. Et ffo, 172. conce. 402.

4 Ornamenta altaris. SISTVS 4. concessit fratribus minorum obseruātie sacerdotibus ut possint benedicere paramenta altaris & missalia ac indumenta, exceptis corporalibus duntaxat. o fo.63. Et ffo.67. concessione. 107. Et ffo. 96. conce. 322.

5 Ex priuile. Carmeli. Episcopi Cōsecrare ¶ Idem Sixtus concessit fratribus Carmelitis, ut pro consecrationibus altarium uel ecclesiarū, & pro oleo sancto, ac quolibet ecclesiastico sacramento, nullus sub obtentu cuiuslibet consuetudinis uel alio modo, quicquam audeat extorquere, sed hec omnia eis gratis episcopi diocesani (ut tenentur) libere & gratiose impēdant alioquin liceat predictis fratribus quoscūq3 maluerint catholicos adire antistites, gratiam & communionem apostolice sedis habentes, qui apostolica freti authoritate eisdem fratribus que postulauerint impendant. Et q si sedes diocesanorum episcoporum

forte

forte uacauerit, interim omnia ecclesiastica sacramẽta a uicinis episcopis libere & absq; contradictione suscipere possint ita tamen q ex hoc in posterum proprijs episcopis nullum preiudicium gereretur. B. fo. 100. Et fffo. 183. conce. 454.

¶ Idem Sixtus concessit prefatis fratribus, ut quando propriorum episcoporum copiam nõ habuerint, & aliqui episcopi habentes gratiam & cõmunionem sedis apostolice, de quibus plenam notitiam habeãt, per eos transire contigerit, ab eis benedictionem uasorum & uestium & consecrationem altarium authoritate sedis apostolice recipere ualeant. B. fo. 100. Et fffo. 183. conce. 455. 6 Vasa ecclesiastica. Cõsecrare

INNOCENTIVS. 8. concessit q generalis & prouinciales fratrum minorum obseruantie possint benedicere corporalia. o. fo. 65. Et fffo. 69. conce. 157. 7 Corpalia.

¶ Idem Innocentius concessit fratribus Augustinensibus quarundam congregationum obser. q uicarius generalis illarũ & uisitatores possint benedicere ornamenta ecclesiastica & etiam corporalia. b. fffo. 101. conce. 399. 8 Pro Augustinẽsibus.

IVLIVS. 2. concessit ordini minimorum ut generalis illius necnon & prouinciales & eorũ uicarij possint & ualeant benedicere corporalia & alia ornamẽta ecclesiastica suorum locorum & domorum preter calices & patenas. B. fffo. 8. conce. 26. 9 Pro oĩbus orna. ecclesie.

¶ Idem Iulius concessit prefatis fratribus minimis q generalis & uisitatores (quos ipsi uigiles appellant) ac prouinciales & eorum uices gerentes, possint omnes & singulas eiusdem ordinis ecclesias cemiteria capitula & oratoria solenni benedictione benedicere. B. fffo. 8. conce. 29. 10 pro ecclesijs & cemiterijs.

¶ Idem Iulius concessit prefatis prelatis ordinis minimorum, ut possint reconciliare suas ecclesias sanguinis siue seminis effusione siue alias quomodoc ũq; pollutas, quoties opus fuerit, aqua tamen prius per aliquem catholicum antistitem (ut moris est) benedicta. B fffo. 8. conce. 30. ¶ Circa predicta uide sequentem cõcessionẽ que ualde latior est presertim in fine. 11 Recõciliatio ecclesiarum.

12 Nota. Pro ecclesijs & cemiterijs & oibus ornamentis ecclesie

LEO .10.concessit generalibus & prouincialibus ac custodibus necnon & guardianis fratrum mi. obser. pro tempore existentibus, ut omnia & singula eiusde ordinis/& orseruantie ecclesias/cemiteria/capitula/ & oratoria ubicunq existentia/tam recepta q̃ recipienda, ac paramenta & ornamenta & alia quecunq ad diuinum cultum & usum fratrum necessaria, in quibus chrisma non interuenit, pro eorundem fratrum usu tantum, solenni benedictione ualeant benedicere. Et uoluit ꝙ hoc idem possint alij fratres eiusdẽ ordinis/ qui ad hoc in capitulis generalibus deputati fuerint. Ac ꝙ similiter possint reconciliare ecclesias &c. que quomodolibet sanguinis uel seminis effusione pollute fuerint. Et hoc cum aqua per predictos prelatos benedicta, presertim in locis remotis, ubi episcopum aquam benedicentem per duas dietas adire non potuerint. B.ffo.26.conce.55.

Reconciliatio ecclesiarũ.

13 Episcopi Cõsecrare

¶ Idem Leo concessit fratribus mi. ut quilibet catholicus episcopus possit consecrare ecclesias eorum & altaria & cemiteria/calices, & ornamenta & omnes alios actus episcopales exercere in locis/& personis fratrum predicatorum obseruantie/diocesani loci/ uel cuiusuis alterius licẽtia minime requisita. O.ffo. 60.conce.179.

14 Episcopi Cõsecrare Edificare.

¶ Idem Leo postea in concilio Lateranensi statuit, ꝙ fratres nequeant ab alieno episcopo consecrationem ecclesie/uel altaris/aut cemiterij benedictionem petere/seu in ecclesijs per eos pro tempore edificandis/ primum lapidem per alienum episcopum poni facere possint, nisi ubi ordinarius bis aut ter (cum debitis reuerentia & instantia) requisitus/sine legitima causa/id recusauerit. B.ffo.26.conce.79.

Collector

¶ Aduertendum est, ꝙ in foro conscientie possunt fratres (non obstante huiusmodi prohibitione & restrictione concilij lateraneñ.) uti concessionibus supradictis, quia idem Leo postea cõcessit oraculo uiue uocis, ꝙ fratres mino. obseruan. possint libere uti omnibus eis concessis ante prefatum concilium, ut ponitur infra in dictione Concilium §.fi.&.7.

¶ Vltra supradicta est sciẽdũ/ꝙ circa huiusmodi materiã bñdictionis rerũ ecclesiasticarũ reperitur quoddã statutũ generale factũ in capitulo Meclinẽsi sub forma sequẽti. ¶ Generale capitulũ determinauit & pcepit/ꝙ soli prouinciales habeant bñdicere corporalia. Et iidem prouinciales custodes/guardiani/alia ornamenta, & non alij, & solum pro fratribus/monialibus & tertiarijs, & nullo modo pro alijs extra ordinẽ. Sic enim fuit concessum per summum pontificẽ. fo. 227. tractatu. 3. Et ffo. 246. tractatu. 2. Collector Capitulũ generale.

BONA.

¶ Distinctio materie bonorum attinentium ad fratres/uel moniales.

¶ Respectu bonoꝝ tpaliũ repiũtur nõnulla in priuilegijs fratrũ mi. & alioꝝ mẽdicãtiũ, quoꝝ aliqua tãgunt bona quoꝝ possessionẽ uel usum obtinẽt ijdẽ fr̃es. Et hec habẽtur. ĩ. §. 1. &. 5. &. 6. &. 7. &. 8. Et. ĩ. in dictione Vẽdere, & in dictiõe Cõmutare. Alia uero cõcernũt bona acqrẽda p uiã eleemosine. Et de hoc cõtinentur multa. ĩ. in dictiõe Eleemosinas, ac nõnulla in dictiõe Canonica portio, & ĩ hac dictiõe Bona. §. 2. &. 4. &. 12. Reliqua aũt spectãt ad bona monialiũ. Et quo ad hec habẽtur ẽt. ĩ. §. 6. &. 7. &. 9. &. 11. Necnõ. s. in dictione Abbatissa. §. penul. & ulti. Et tã quo ad fratres q̃ quo ad moniales, uide infra in dictione Decime. Et in dictione Exemptio. Et in dictione Hereditas. Et in dictione Legata. Collector

1 ALEXANDER. 4. statuit & precepit, ut quandocũqꝫ aliqui fratres ordinis mi. fuerint promoti ad episcopalem uel alias superiores uel inferiores dignitates, teneantur huiusmodi fratres sic promoti/libros & alia que ipsos promotionis sue tempore habuisse seu habere cõstiterit/resignare generali seu prouincialibus ministris, semota qualibet dilatione. b. fo. 24. Et ffo. 24. conce. 12. Episcopi Exempti.

2 ¶ Idem Alexander concessit/ꝙ de male acquisitis & incertis relictis, possint fratres mi. recipere quecunqꝫ Eleemosinas.

eis data fuerint ac q de illis que eorũdem fratrum dispositioni relinquuntur, libere ualeant ordinare & disponere. b. ffo. 25. conce. 16.

3 Restitutio ¶ Idem Alexander concessit uniuersis exeqnutoribus testamentorum, ut de male ablatis & illicite acquisitis, que testatores nescientes quibus talium restitutio fieri debeat, necnon de his que ijdem testatores indistincte non expressis personis uel locis eorundem testorum exequutoribus arbitrio, in pios usus eroganda commiserunt, possint indigentijs fratrum mi. prouidere nõ obstante cõtradictione platorũ ecclesiasticorũ & aliquorũ aliorũ. b. fo. 25. Et ffo. 28. cõce. 21.

Eleemosinas.

4 Nouitij. Restitutio CLEMENS .4. concessit ut quando aliqui assumentium habitum fratrum mi. fuerint obligati ad restitutionem aliquorum bonorum diuersis personis, que sciri & inueniri non possunt, ministri & custodes & eorum uicarij eorumq; singuli in locis sibi cõmissis possint bona huiusmodi in pios usus conuertere, prout secũdum deum uiderint expedire. B. fo. 58. Et ffo. 141. conce. 334.

5 Edificare ecclesias & mõasteria ¶ Idem Clemens concessit fratribus mi. ut cum de prioribus locis suis ad alia loca se transferunt, possint tam omnem edificiorum materiam locorum que dimittunt (dedicatis ecclesijs dũtaxat exceptis) q̃ libros calices & paramenta, secum ad alia loca transferre, ac edificia ipsa cum solo & alijs ad eadem loca pertinentijs (preter ecclesias) per personas ad hoc a sede apostolica deputatas uendere, ipsorumq; precium in aliorum locorum ad que dicti fratres se transferunt edificationem, seu alias in eorum utilitatem conuertere, sm quod eis melius uidebitur expedire. B. fo. 58. ffo. 142. conce. 340.

6 Ecclesie ac mõasteria monialiũ. SIXTVS .4. statuit ut cum contigerit monasteria monialium sancte Clare monialibus destituit, adeo ut de illorum reformatione spes nulla supersit, illa q̃ sic destituta existunt & destitui contigerit in futurum cum eorum bonis omnibus perpetuis usibus fratrũ domus dicti ordinis eisdẽ destitutis monasterijs propinquioribus applicentur, ita ut fratres ipsi possint de

illis & eorundem monasteriorum structuris & edifi-
cijs pro eorum utilitate disponere, prouiso tamen ꝙ
illorum ecclesie & oratoria ad prophanos usus non
redigantur, sed in illis quandoq; diuina celebrentur
officia. B. fo. 50. Et ffo. 144. conce. 349.
¶Hoc idem habetur quasi ad literam in mari magno Collector
Carmelitarum. ffo. 182. cōce. 443. Et in mari magno
predicatorum. ffo. 241. conce. 582. Et in mari magno
Augustinensium. ffo. 250. conce. 633.
ALEXANDER. 6. fecit quandam concessionem 7
circa applicationem bonorum conuentuum claustra Pro mona
lium monasterijs sancte Clare cōmittens illā archie- sterijs scē.
piscopo toletano, sed quia illa concessio fuit specialis Clare.
pro regnis hispaniarum, & expirauit per mortem il-
lius archiepiscopi quo ad futura, non specificatur hic
amplius, habetur tamen. ffo. 258. conce. 643.
¶Idem Alexander confirmauit literas predecessorū 8
suorum qui proprietatem bonorum collatorum fra- Paupertas
tribus mi. uel eorum ordini in ius & proprietatē Ro- Collector
mane ecclesie receperunt. B. ffo. 75. cōce. 225. ¶Hec
concessio non nihil uidetur conferre pro confirma-
tione decretalis. Exijt qui seminat, & contra extraua-
gantes Ioannis. 22. aduersantis uere paupertati fratrū
minorum & apostolorum & christi.
¶Aduertendum est circa predicta, ꝙ in actis capituli Collector
generalis meclinensis reperitur sequens clausula.
¶Capitulum generale declarauit ꝙ papa Ioānes. 22. Capitulū
reuocauit ante mortem suam quicquid dixerat seu fe generale.
cerat contrarium ecclesie & determinationi romano
rum pontificum, quare constitutiones quas fecerat cō
tra nostras declarationes scilicet Nicolai. 3. & Clemē
tis. 5. nullius sunt roboris uel momēti. fo. 227. tracta.
3. Et ffo. 246. tracta. 2.
IVLIVS. 2. concessit ministro generali posse appli- 9
care bona monialium sancte Clare uolentium refor- Reforma-
mari monasterijs ordinis minorum, saltem conuen- tio.
tibus quorum cure fuerint commissa talia monaste-
ria seu eorum moniales. b. ffo. 58. conce. 70.
¶Idem Iulius precepit omnibus christi fidelibus ut

10 Pro Augustinensibus. nemo ipsorum/bona ordinis sancti Augustini occupare/uel dãnificare audeat,quod tam de attinentibus ad personas fratrum q̃ de pertinentibus ad loca seu cõuentus & possessiones eorũdem intelligi uoluit. Et ꝙ si contrarium facientes admoniti a fratribus predicti ordinis nõ restituerint omnia integre, aut uexare destiterint infra tridui spacium, excõmunicationis sententiam incurrant, a qua nonnisi per summum pontificem absolui possint B.fffo.76.conce.227.

Excõmunicatio.

11 Pro monialibus. LEO.10.fecit duas concessiones,circa modum quo alienari possunt bona monasteriorum sancte Clare aut tertij ordinis,prout habetur supra in dictione Abbatissa.§.9.&.10.

12 Pro bonis apostatarũ ¶Idem Leo concessit ut quandocunq; acciderit ꝙ fratres ordinis mi. extra obedientiam euagantes obseruantie/fuerint capti/aut sponte redierint ad ordinẽ, qui aliqua bona habuerint que tempore apostasie diuersis uijs acquisierint,possint p̃lati ordinis & alij fratres quibus ipsi cõmiserint/accipere talia bona & ea exigere a quibuscunq; personis ea detinentibus/& illis uti/si talia sint quorum usum liceat fratribus habere/uel si huiusmodi non sint/quibus in propria specie fratribus uti liceat,ut sunt pecunie/uestes seculares/& similia,ꝙ fiat de talibus rebus/sicut fieri mandatur in declarationibus sue regule de similibus/quãdo sibĩ ab aliquibus dantur/uel in testamentis legantur. Et cõcessit ꝙ si oportuerit huiusmodi bona in iudicio petere/possit hoc facere procurator uel sindicus ordini deputatus auctoritate sedis apostolice/uel alius amicus spiritualis fratrum, qui ab aliquo prelato ordinis ad hoc fuerit nominatus.B.fffo.62.conce.203.

CANONICA PORTIO.

1 INNOCENTIVS .4.concessit ꝙ de his que in ornamentis/aut pro eis uel pro fabricis seu luminaribus uel anniuersarijs.7.20.30.alijsq; ad perpetuũ diuinum cultum fratribus mi.in testamentis legãtur/ nullam canonicam portionem soluere tenẽatur, dũ

modo in fraudem episcoporum & presbyterorũ par-
rochialium non fiat.b.fo.22. Legata.

ALEXANDER.4.concessit idem quod Innocen- 2
tius.4.prefatus concesserat,addens ꝙ nec etiam de pi
ctantijs ad sustentationem fratrum,aut de indumen- Legata.
tis eisdem legatis teneantur dare aliquam portionẽ.
Et decreuit irritas esse & inanes quascũꝗ censuras cõ-
tra fratres seu contra benefactores huiusmodi,uel he-
redes/aut exequutores illorũ promulgatas.b.fo.24.

CLEMENS.4 cõcessit omnia que supradicti duo 3
pontifices antecessores sui concesserant/addens ali-
qua alia in mari magno sub uerbis sequẽtibus. Conce
dimus uobis ut de his q̃ in ornamẽtis/aut ꝑ eis/aut
libris/fabrica/luminarib⁹/anniuersario.7.20.30.aut
alijs ad perpetuũ diuinum cultum/seu pro pictantijs
aut uictu ad sustentationem uestram/uel indumẽtis,
necnon pro annuis censibus redimendis ad quorum Legata.
solutionem alique domus uestri ordinis obligate no-
scũtur,& de domibus/predijs/hortis/alijsꝗ locis uo-
bis secundum instituta uestri ordinis oportunis, aut
de his que pro huiusmodi domibus/predijs/locis &
hortis emendis uobis legantur(dummodo premissa
non conuertantur in usus alios, sed in illos dũtaxat
pro quibus relinquuntur/aut alios etiam qui in hac
concessione uel indulgentia continentur)nulli cano-
nicam portionem aliquam teneamini exhibere. Et ne
qui a uobis uel ultimarum exequutoribus uolunta-
tum,seu decedẽtium heredibus/de premissis aliquid
exigere uel extorquere presumant/districtius inhibe-
mus.B.fo.58.Et ffo.142.conce.339.

NICOLAVS.5.fecit quandam copiosissimã con- 4
cessionem in hac materia fratribus carmelitanis,quã Nota.
postea Sixtus.4.confirmauit/ac de nouo concessit/
prout habetur infra.§.8.

SIXTVS.4.declarauit/ꝙ canonica portio seu iusti 5
tia ecclesiarũ parrochialium habet locum dũtaxat eo Q̃ñ hẽat
casu, quo apud loca fratrum mi.corpora defuncto- locũ iusti-
rum sepeliuntur, sed si non apud eos sed apud alios tia eccle-
mendicantiũ ordinum professores corpora ipsa cõti- siarum.

gerit sepeliri, tūc ex his que ad fratres predictos apud quos talia corpora non sepeliuntur de bonis defuncto rum quomodolibet obueniēt quouis particulari uel uniuersali titulo directe uel per obliquum nullam ca nonicam portionem dare teneantur. Nec similiter ali qua portio debeatur de his que ad certos usus & de terminatos eisdem fratribus uel eorum domibus, in genere uel in specie etiam de bonis eorum quorum cadauera apud eos contigerit sepeliri. Nec etiam in casibus in quibus per supradicti Clementis, & aliorū predecessorum specialia priuilegia fratres ipsi ab hu iusmodi solutione quarte sunt exempti. Nec aliquo ca
Quarta. su de candelis que ad manus fratribus dantur quarta aliqua quomodolibet detrahatur. In reliquis uero ca
Conuentiones. sibus q̄ in premissis in quibus quarta huiusmodi sol uenda ueniret uoluit ut conuentiones (si que sunt in ter fratres predictos & locorum ordinarios ac eccle
Decime. siarum rectores inite) laudabiles & honeste imposte rum obseruentur. Et īsuper addit ꝙ si forte per ipsum Sixtū uel sedem apostolicam de pie legatis & dispo
Legata. sitis & relictis in genere uel in specie decima uel alia portio seu quota alteri pie uel non pie cause ex qua uis causa hactenus concessa foret aut imposterum cō cedi & solui aut dari & mandari contingeret fratres predictos & illorum domos ac eis legata & relicta aut alias in eorum fauorē disposita in concessione & mā datis huiusmodi decreuit & uoluit non includi, nisi de ipsis & presenti decreto ac uoluntate (non per ge nerales clausulas que etiam specialem mentionē im portare uiderentur) sed uera & specifica mentio fiat in eisdem. B fo.60. Et ffo.143. conce.346.

6 ¶ Idem Sixtus in mari magno fratrum ordinis pre dicatorum confirmauit concessionem Gregorij.11.
Ex priuile. fratrum predicā. qui exiuit eosdem fratres a canonica portione quasi totaliter, quia solum de funeralibus non exemit illos B.ffo.238. conce.566.

7 ¶ Idem Sixtus in prefato mari magno predicatorum
Legata. Nota. concessit ꝙ non solum de his que pro ornamentis le gantur & alijs (ut supra dictum est) non teneantur

soluere aliqnam portionem canonicam, sed nec etiã de illis que absolute legantur in testamentis uel alias pro fratrum necessitatibus conferuntur. B. ffo. 238. conce. 566.

¶ Aduerte ꝙ hec concessio est ualde notabilis, quia omnes alie concessiones de hac materia loquẽtes dicebant solum de his que ad certos usus (ut pro fabrica &c.) legabantur, sed in hac concessione datur exẽptio tam ab his qua ad certos usus, q̃ ab alijs que absolute sine specificatione legari contigerit. Collector

8 ¶ Idem Sixtus in mari magno Carmelitarum inseruit & confirmauit quandam bullam Nicolai .5. in qua latissime & copiosissime exemit illos a solutione cuiuscunq; canonice portionis. Et ista est melior & copiosior concessio, q̃ sit in omnibus priuilegijs fratrũ mendicantium in materia ista. Nam dicit ꝙ nõ solum non teneantur soluere quartam aut canonicam portionem de omnibus in supradictis concessionibus cõtentis, sed nec etiam de funeralibus oblatiõibus, nec similiter de his que absolute eis quomodocunq; legãtur aut largiuntur. Non obstante clementina Dudum de sepulturis, & alijs quibuscunq; in contrarium faciẽtibus, & cũ decreto irritanti. B. fo. 86. Et ffo. 169. conce. 395. Approbatio autẽ Sixti habetur. fo. 98. Et ffo. 181. conce. 436. Ex priuile. Carmeli. Nota. Quarta.

9 ALEXANDER .6. omnia priuilegia concessa ordinibus mendicantium concessit fratribus mi. regularis obser. ac si eis specialiter essent cõcessa etiam quo ad exemptionem a solutione quarte locorum ordinarijs & parrochialium ecclesiarum rectoribus debite, a qua eos pro potiori cautela exemit. B. fo. 76. Et ffo. 159 conce. 378. Quarta.

10 IVLIVS .2. cõcessit fratribus ordinis mi. ut de hortis & uirgultis & alijs quibuscunq; bonis eiusdem ordinis domibus & earum ecclesijs huiusmodi pro tempore relictis & legatis ac super luminaribus & alijs rebus diuino cultui pro tẽpore dedicatis decimas aut oblationes aliquas (etiam ex noualibus) aut quartam ex funeralibus soluere minime teneantur, nec ad id Pro fratribus minimis. Legata. Quarta.

a quoq̃ cuiuſuis dignitatis aut nobili... is exiſtat ualeant quomodolibet coarctari.B.fffo.11.conce.38.

11 Quarta. ¶Idem Iulius cõmunicauit fratribus mino. obſer. omnia priuilegia aliorum ordinum mendicãtium illaq; de nouo cõceſſit,& exemit eos expreſſe a ſolutione quarte &c.B.fffo.12.conce.49,

12 Quarta. LEO.10.motu proprio & ex certa ſciẽtia literas predictas Iulij.2.& in eis contenta quecunq; approbauit innouauit & confirmauit ac plenum firmitatis robur obtinere decreuit, & potiori pro cautela premiſſa omnia de nouo conceſſit & indulſit, ſuper quibus dedit conſeruatores/apponendo magnas non obſtantias.B.fffo.17.conce.57.

Collector Quarta. ¶Vltra omnia ſupradicta eſt ſciendum q̃ ſuper huiuſmodi materia quarte fuit uentilata cauſa in rota Romane curie inter epiſcopum & capitulum eccleſie zamoreñ ex una,& fratres mino. obſeruãtie conuentus ſancti Frãciſci zamoreñ ex alia parte,& fuit lata ſentẽtia diffinitiua & executorialia in fauorem predictorũ fratrum expedita, prout habetur ad longum.fffo.77.

CAPITV. GENERA. AC PROVINCIA.

1 Capitulũ generale. Statuta EVGENIVS.4.ſtatuit ut in capitulis generalibus fratrũ mi. obſer. fierent tales ordinationes, per quas omnes fratres predicti quoruncunq; locorũ & quaruncunq; prouinciarũ ad unum eundemq; modum uiuendi (quantum fieri poteſt) reducantur, tam circa habitus geſtationem q̃ circa fratrum receptionẽ & alia quecunq;.B.fo.28.Et fffo.112.conce.241.

2 Capitulũ generale. Declarare. Ieiunium ¶Idem Eugenius conceſſit capitulo generali facultatem ordinandi & declarandi in quibus locis & prouincijs fratres debeant ieiunia regule in cibis quadrageſimalibus obſeruare,& in quibus debeant patrum cõſuetudines imitari/uel aliter ſe habere.B.fo.28.fffo.112.conce.242.

3 Capitulũ ꝓuinciale SIXTVS.4.conceſſit & ordinauit q̃ fratres mino. non niſi duo tantum prouincialia capitula de triẽnio in triẽnium tenere & celebrare obligentur. Non obſtã

te bulla Eugenij.4.statuentis/ut singulis annis prouinciale capitulum celebraretur in qualibet prouincia.B. fo.45. Et ffo.129 conce.289.

LEO .10.concessit capitulo generali,ut(premissa debita discussione)possit concedere illis prouincijs,quibus utile & expediens uisum fuerit,ut semel tantum de triennio in triennium celebrent capitulum prouinciale.O.fffo.59.conce.168. 4 Capitulũ generale & ꝓuinciale

¶Idem Leo fecit iterũ eandem concessionẽ per breue cõmittens hoc generalibus cũ eorũ capitulis pro tempore celebrandis.B.fffo.54.conce.153. 5

¶Idem Leo in bulla unionis statuit ut minister generalis primo triennio sui officij celebrare teneatur unũ capitnlum generale in partibus quibus in suo sexenio non erit commissarius generalis.s.in partibus unde ipse fuerit assumptus,ad quod conueniant uocales illarum partium a quibus assumptus fuerit,Et ꝙ similiter aliud capitulum in partibus in quibus assumptus nõ fuerit/per se uel per suũ cõmissariũ(ad qđ oẽs uocales illarũ partiũ accedere teneant)celebrare debeat, Aut ꝙ super hoc fiat qđ generalis minister cũ capitulo generali iudicauerit faciendum.B.fffo.29.conce.96. 6 Minister generalis. Capitulũ generale.

¶Idem Leo in predicta bulla unionis statuit/ꝙ ministri prouinciales possint infra triennium sui officij a suis capitulis prouincialibus/que secundum regulam & consuetudinem celebrabuntur(si minus utiles inuenti fuerint)ab officijs prouincialatus absolui, Et ꝙ idem iudicium de custodibns per omnia habeatur.B. fffo.30.conce.97. 7 Prouinciales & custodes.

CASVS RESERVATI.

¶Distinctio materie casuum reseruatorum.

¶Quãtum ad illa/que circa materiã casuũ reseruatorum reperiuntur in priuilegijs fratrũ/est considerãdũ ꝙ huiusmodi casus sunt in duplici differentia. Quidã enim respiciunt personas fratrũ solũmodo. Et hi habẽtur supra in dictione Absolutio ordinaria quo ad fratres in omnibus fere paragraphis. Et in dictione Absolutio quo ad fratres extraordinaria in omnibus.§. Collector

Reliqui uero casus cõcernunt personas seculares, qualiter .s. possint absolui ab huiusmodi casibus per fratres confessores, necnon quot & quales sint prefati casus, tam qui reseruantur episcopis q̃ pape. Isti autem continentur supra in dictione Absolutio quo ad seculares fere in omnibus .§. presertim in illis in quibus positum est in margine, Casus reseruati pape uel episcopis. De quo etiam uide infra in dictione Excõmunicatio ubi ponuntur casus bulle cene domini, ac nonnulli alij papales.

CELEBRATIO DIVINORVM.

¶ Distinctio materie celebrationis diuinorum.

Collector ¶ Circa celebrationem diuinorum sunt multa & uaria statuta & concessa in priuilegijs, que ut facilius intelligi ac reperiri ualeant, subsequenti ordine distinguere uisum est. Primo enim aliqua istorum attinent ad celebrationem horarum canonicarum, Et hec habentur infra in dictione Officium diuinum. Secundo alia pertinent ad celebrationem missarum, Ista autẽ sunt multiplicia, & habentur sub uarijs dictionibus, prout infra in dictione Missa sunt distincta & ad propria loca remissa. Et in speciali illa que concernunt locum & tempus seu horam celebrandi continentur in hac dictione Celebratio diuinorum, sicut notule in marginibus posite ostendunt euidenter. Tertio sunt multa alia que tangunt generaliter celebrationem diuinorum tam horarum canonicarũ q̃ missarum pro tempore interdicti, Hec autẽ cõtinetur ad longũ in dictione Interdictũ, prout ibidẽ reperientur distincta.

1 Locus celebrationis diuinorum. CLEMENS .4. concessit ꝙ in locis ubi fratres degunt possint habere oratoria in quibus cum altari portatili possint missarum solennia & alia diuina officia celebrare. B. fo. 56. Et ff o. 140. conce. 313.

2 Locus celebrationis. ¶ Idem Clemens prohibuit ne quis in ecclesijs fratrũ mi. missarum solẽnia, uel pro animabus eorũ qui ad loca eorum tumulandi feruntur ibidem exequias celebrare sine eorundem fratrum assensu & uoluntate presumant. B. fo. 58. Et ff o. 141. conce. 236.

EVGENIVS .4.concessit ꝙ fratres mi.possint celebrare missam usqꝫ ad nonam sine scrupulo conscientie.o.fffo.102.conce.418. 3 Tempus celebra.

PIVS .2.concessit ꝙ generalis possit dare authoritatem celebrandi per unam horam ante auroram eis quibus sibi uidebitur apostolica authoritate.o.fffo. 97.conce.346. 4 Tempus celebra.

SIXTVS .4.concessit eisdem fratribus,ut non solum in oratorijs & locis quibus degunt, sed etiam in quouis alio loco congruenti & honesto possint super altari portatili, missas libere & licite celebrare.B.fo. 59.Et ffo.143.conce.344. 5 Locus celebratio.

¶ Idem Sixtus concessit ꝙ fratres mino.obser.sacerdotes,causa necessitatis,possint ante & post horam sta tutam ab ecclesia celebrare.o.fo.63.Et ffo.67.conce. 109.Et fffo.96.conce.324. 6 Tempus celebra.

INNOCENTIVS .8.concessit fratribus ordinis predicatorum congregationis hispanice reformatis, & minoribus per cōmunicationem priuilegiorum, ꝙ possint celebrare per horam ante diem & per horam post meridiem.o fo.56.Et ffo.76.conce.194.Et fffo. 101.conce.393. 7 Tempus celebra.

¶ Idem Innocentius concessit fratribus Augustinensibus ꝙ expleto matutinali officio, etiam ante lucis auroram possint celebrare.b.fffo.141.conce.399. 8 Tempus celebra.

ALEXANDER .6.concessit ad remouēdum scrupulum conscientie, ꝙ possimus celebrare cum planel lis de corio sine calcaneo.o.ffo.70.conce.173.Et fffo. 99.concessio.370. Modus celebrandi.

¶ Idem Alexander concessit fratres posse celebrare in cameris secularium uel plateis dato ꝙ non uidean tur loca honesta,quia in cameris dormiunt coniugati,& in plateis fiunt multa prophana.o.ffo.70.conce. 173.Et fffo.99.concessio.371. 10 Locus celebratōis.

LEO .10.concessit fratribus mi.obseruantie ut de li centia suorum superiorum(quorum conscientijs remittit quomodo fratres debeant uti hac gratia)possint celebrare illico post matutinum & post meridiem presertim diebus quando est de audiēda missa prece Tempus celebrationis.

ptum, quando fratres habent ambulare, siue quãdo de uia ueniunt, & non possunt ante meridiẽ applicare ad locũ ubi cõmode possint missam audire/siue honeste celebrare. De estate uero quando noctes sunt breuiores, etiam ante matutinũ chori uel infra, dũmodo celebraturus illud per se aut cũ socio dixerit, prout consuetum est in ordine cũ prima. o. fffo. 92. conce. 275.

Collector ¶ Qualiter autem possint & debeant fratres celebrare tempore interdicti, ac etiam quãdo suspenditur interdictum in festiuitatibus sanctorum sui ordinis/uel alias, uide infra in dictione Interdictum.

CLAVSVRA MONIALIVM.

VRBANVS .4. statuit qualiter moniales s. Clare secundã regulã (quã ipse ordinauit) professe, teneantur seruare clausuram monasteriorum suorũ sub forma sequenti.

Ex secõda regula s. Clare. ¶ Omni namq; tempore uite sue, hanc uitam profitẽtes/clause manere firmiter teneantur infra murorũ ambitum ad intrinsecã clausuram monasterij deputatum, nisi forsan (quod absit) superuenerit ineuitabilis & periculosa necessitas/sicut exustionis ignis/uel incursus hostilis seu alicuius huiusmodi, que dilationẽ nullo caperet modo ad egrediendi licentiam postulãdum. In quibus casibus transferant se sorores ad locũ alium competentem, in quo (quantum commode fieri poterit) clause morentur, quousq; eis de monasterio sit prouisum. Et propter huiusmodi necessitatis euidentiam nulla eis conceditur licentia uel facultas extra predictam clausuram ulterius exeundi, nisi forte (de mandato aut authoritate cardinalis Romane ecclesie, cui a sede apostolica generaliter fuerit iste ordo cõmissus) ad aliquem locum alique mitterentur causa plantandi uel edificãdi eandem religionem, uel reformandi aliquod monasterium eiusdem ordinis seu causa regiminis/aut correctionis/aut alicuius ualde euidentis, & grauis dispendij euitandi, uel nisi de eiusdẽ cardinalis mandato/aut authoritate monasterio pri

Casus in qbus moniales possunt egredi clausuram.

mo rationabili causa relicto/totus conuentus ad mo-nasterium aliud se transferret.b.fo. 284..in tracta .3. Et ffo 294.in.2.tracta rubrica.2.

¶Aduertendum est circa predicta, q͏ propter nullam aliam causam potest exire aliqua de predictis monia-libus extra clausuram suorum monasteriornm .nisi prehabita licentia & dispensatione sedis apostolice, etiã ratione infirmitatis cõmunis, Vnde super hoc cõsulti multi doctores famosi uniuersitatis Salmantine premissa diligenti & exactissima discussione ac delibe ratione,ita debere obseruari concluserunt prout pa-tet in questione & decisione infrascripta. Collector

¶Queritur utrum minister generalis/aut prouincia lis seu uisitator/uel cõmissarius ordinis fratrum mi-norũ habens curã monialiũ.s. Clare ualeat quandam monialem unius monasterij(secundã regulam s. Cla re professam)ad aliud eiusdem ordinis monasteriũ, causa alicuius grauis infirmitatis curande/licentiare, Questio notabilis

Et licet dubia pro utraq; parte altercata lucescunt cla rius,redimendi tamen temporis gratia,non hincinde alterabitur,sed negatiua tanq̃ uera apertis fundabitur iuribus & rationibus,modo sequenti. Respõsio.

¶Exprimo in rubrica secunda eiusdem regule con-tinetur,prout suprapositum est, q͏ moniales illam ui-tam profitentes firmiter teneantur manere in clausu-ra toto tempore uite sue,preterq̃ si euenerint certi ca sus fortuiti/ibi expressi,ut incendij/belli/& huiusmo di.Postea narratis fortuitis, excipit etiam alios non fortuitos tenoris sequentis.Nisi forte de mandato car dinalis Romane ecclesie,cui generaliter iste ordo a se de apostolica fuerit commissus ,ad aliquem locum aliquando mitteretur causa plantandi uel edificandi eandem religionẽ uel reformãdi aliquod monasteriũ eiusdẽ ordinis,seu causa regiminis/aut correctionis aut alicuius ualde euidẽtis & grauis dispẽdij euitãdi &c.Cũ ergo ad huiusmodi licẽtiã obtinendã requira tur mandatũ cardinalis in p̃sentiarũ p̃tectoris ordinis, & dictus Reuerẽdus p̃r minister p̃uincialis.N.nec ali' frater officiũ uisitatoris exercens/nõ habeat manda- Prima pro batio.

tuum nisi solummodo de uisitando reformando corrigendo & castigando, non autem de licentiando. Igitur eam licentiare non potest.

Secunda probatio. ¶ Secundo ad hoc ꝙ dictus cardinalis protector possit predictam monialem licentiare, oportet ut sic adhuc in casibus superioribus sibi cõmissis, sed grauiter infirmari non est de casibus sibi cõmissis, ergo &c. Et ꝙ non sit de eis probatur, quia ibi sunt certi casus positi expressim & nominatim, & in fine dicit, uel alicuius ualde euidentis & grauis dispendij euitandi. Et ꝙ non sit de expresse nominatis patet cum iste casus inter superiores non sit positus. Quod non ueniat etiã appellatione ualde euidentis & grauis dispendij euitandi (licet quilibet sani intellectus posset comprehẽdere) tamen probatur sic. Si hec monialis esset peste uulnerata ne corrumperetur tota domus uideretur licentiari debere extra clausuram curandam, quod si nõ fieret uideretur ualde euidens & graue dispẽdium, quod ut euitaretur deberet licentiari. Idem de notabili lepra tali uidelicet ꝙ si esset ꝑsona secularis iure posset extrahi de populo & mitti ad domos in campis separatas. Vel (quod absit) de lepra seu morbo morum, & sic de alijs infirmitatibus cõtagiosis, ex quibus toti communitati ex unius infirmitate posset uenire corruptio. Sed de alijs infirmitatibus non contagiosis, ꝗꝗ dicatur ꝙ locus est illi infirmitati contrarius, uel ꝙ aque sunt grosse uel similia, potest responderi ꝙ si locus est humidus habitet ĩfirma in alto. Si ualde siccus in inferioribus, & si aque sunt grosse coquantur. Et si non est copia medicorum, sit contenta cum illis uel illo, qui cõmuniter sufficit ciuibus, & sic debet sufficere religiosis & similia. Vnde propter huiusmodi infirmitates sic uel sic curandas non potest ullo pacto dici ꝙ admittitur uel euitatur ualde euidens & graue dispendium.

Nota. Ad quod ponderanda sunt uerba .s. ualde euidentes & graues, quia sunt duo termini & copulatiue positi, & ponuntur diuisim ratione illius cõiunctionis, & iuxta ea que notantur in rubrica .ff. de iuris & facti ignorantia. Et sic requiritur ꝙ istud dispendium nõ

solum

ſolum ſit ualde euidens, ſed etiam ꝙ ſit graue. Sed cũ reuera nec ſit ualde euidens nec graue, dico hoc/non reſpectu perſone/nam reſpectu perſone bene poteſt eſſe ualde euidens & graue, ſed dico reſpectu cõmunitatis, quod debet ſic conſiderari ratione illius uerbi/euitandi/quod de ſui natura requirit duplices perſonas. ſ. perſonam que uitetur/& perſonam a qua euitetur/ut patet per textum & que ibi trahuntur, in. c. Illud, de cleri. excõmu. mini. Et in ca. Nulli de ſententia excõmunicationis, cum alijs multis iuribus/que ad prefatum propoſitum adduci poſſent niſi ob prolixitatem uitandam. Igitur. R. P. miniſter prouincialis ſeu uiſitator predictã monialem licẽtiare nõ põt.

¶Tertio conſiderandum eſt ꝙ papa in omnibus locis regule, ubi aliquid contra clauſuram exceptauit, ſiue in caſibus fortuitis/ſiue non fortuitis/nunquam habuit conſiderationem ad aliquam perſonam particularem Et eſt ueriſimile/immo iuridicum, ꝙ ſi uoluiſſet, expreſſiſſet. Vnde cum in omnibus ſuis exceptionibus, papa ſemper conſuluerit & prouiderit cõmunitati, bene colligitur ꝙ uoluit cõmoditatem cõmunitatis/aliquando preferri clauſure. Sed cũ nuſꝗ in tota regula reperiatur (nec etiam in uno tantũmodo caſu) cõmoditati perſone particularis ſicut cõmoditati cõmutatis conſulere uel prouidere/aperte patet ꝙ cõmoditatem ſeu conſolationem perſone particularis nullo pacto uoluit preferri clauſure. Igitur reuerendus pater miniſter prouincialis aut uiſitator ſeu cõmiſſarius. N. nullatenus abſq ſpeciali licentia ſedis apoſtolice predictam monialem licentiare põt. Tertia probatio.

¶Preterea & quarto in dicta ſecunda regula eſt quedam rubrica. ſ. duodecima tenoris ſequentis; De infirmis uero cura & diligentia maxima habeatur, & ſecũdum quod poſſibile fuerit & decuerit/tam in cibarijs que earum requirit infirmitas/ꝗ in alijs neceſſarijs/in feruore charitatis benigne ac ſollicite eis per omnia ſeruiatur. Que infirme proprium habeãt lectum (ſi unquam fieri poteſt) ubi a ſanis maneant ſeparate, ne illarum ordinem ualeant confundere uel turbare. Quarta probatio.

Ex qua rubrica duo clarissime colliguntur. Primum in fauorem proximi precedentis fundamēti.s. ꝙ adeo cōmunitatem in sua spirituali sanitate papa conseruare uult, ꝙ precepit ut moniales corporaliter infirme taliter curentur ꝙ sanas in diuinis beneplacitis uacantes nullo modo ualeant cōfundere uel turbare, Et ita commoditatem cōmunem semper cōsiderauit nunꝙ autem particularem. Secundum est quod in hac rubrica papa loquitur de grauibus infirmitatibus curādis quod pat et quia dicit ꝙ curentur maxima cura & maxima diligētia cum sollicitudine & per omnia & similia uerba. Vnde sequitur euidenter ꝙ summus pontifex intellexit de grauibus infirmitatibus, aliter enim esset minus proportionatum referri ad infirmitates leues sed ad graues, cum ſm iura & omnimodam ueritatem maxima maximis referantur. Et si prouidetur ad infirmitates graues curandas (quod negari non potest) clare constat ꝙ ille casus.s. ualde euidentis & grauis dispēdij euitandi non obtinet locū nisi in infirmitatibus contagiosis, ut ante dictum est, Et sic dictus R.P.M. predictam monialem licentiare non potest.

Quinta probatio. ¶Quinto & finaliter, licet omnia supradicta non militarent, que iuridice militant, non curemus querere multas disputationes cum excusari possunt, nam ubi est casus legis non est questio iuris, ut in.l.ancilla.C.de furtis, Textus est expressus in proposito in.c.unico de statu regul.lib.vj. cuius uerba talia sunt. Periculoso & detestabili quarundem monialium &c. Inferius sequitur ubi facit. Sācimus uniuersas & singulas moniales presentes atq; futuras cuiuscunq; religionis sint uel ordinis, in quibuslibet mundi partibus existentes, sub perpetua in suis monasterijs debere de cetero permanere clausura. Ita ꝙ nulli earum religionem tacite uel

Nota. expresse professe sit uel esse ualeat quacunq; ratione uel causa (nisi forte tanto & tali morbo euidenter earum aliquam laborare cōstaret, ꝙ non posset cū alijs absq; graui periculo seu scandalo cōmorari (monasteria ipsa deinceps egrediendi facultas'. Ex quibus uerbis clare constat licentiā huiusmodi authoritate apo

stolica esse prohibitam. Nec obstat si aliquis dicat ꝙ hoc potest intelligi de exeundo ad domos secularium ne secularibus moniales illecebris inuoluantur & nō ad aliud monasterium causa curandi uel huiusmodi. Nam glo. non curat de similibus interpretationibus, sed intelligit textum istum de exitu simpliciter & absolute, dicens ꝙ nec ad aliud monasterium causa curādi uel huiusmodi sed ꝙ sit in perpetua clausula preterquam in duobus casibus quos excipit, quorum noster nullus est. Igitur. R.P.M. predictam monialem licentiare non potest, ut multipliciter & euidenter probatum est per predicta.

¶ Ex predictis infertur euidenter, ꝙ nullatenus pōt aliquis predictorum prelatorum absq; licentia sedis apostolice mutare aliquam monialem sue cure subiectam de monasterio in quo professa est uel de alio ad quod legittime translata est ad aliud monasterium ut ibi habeat curam infirmarum, uel ut pulset organa, uel propter alias consimiles causas, nisi solū pro causis expressis per Vrbanum ut supra positum est.

COMMISSARII.

LEO. 10. statuit ut quando generalis minister electus fuerit de cismōtanis. instituat in partibus ultramontanis unum generalem commissarium ab eisdem ultramontanis fratribus eligēdum, cui minister generalis super prefatos fratres ultramontanos uices suas committat, prout capitulo generali expedire uidebitur, Ita tamen ꝙ commissarius prefato ministro generali omnimode subijciatur, ut ceteri dicti ordinis prelati subijciuntur, ac illi per omnia secundum regulam obedire teneatur. Dum uero minister generalis fuerit ex ultramontanis fratribus electus, tunc pariformiter commissarium generalem cismontanum instituere debet parimodo quo de ultramontano commissario superius dictum & statutum est. Qui quidem commissarius generalis per triennium solū generalis cōmissionis fungetur officio quo triennio

1 De commissario generali.

elapso nouus cōmissarius per ministrum generalem in capitulo generali ut supra eligēdus (secundū quod ultramontanis uel cismontanis de cōmissario fuerit prouidendū) institui debeat. B fffo. 29. conce. 95.

¶ Idem Leo fecit quoddam decretum aduersus cōmissarios cruciate, prout habetur in dictione Cruciata §. 4. uide ibi.

COMMVNICATIO PRIVILEGIORVM

¶ Distinctio materie communicationis priuilegiorum fratrum mendicantium.

Collector ¶ Aduertendum ꝙ respectu cōmunicationis priuilegiorum facte sunt multe ac uarie concessiones omnibus ordinibus fratrum mendicantium que inferius annotantur. Sed attendere oportet ꝙ ille que specialiter concernunt fratres minores & moniales ac tertiarios eorum cure subiectos ponūtur primo. Ille aūt concessiones que tangunt fratres ordinis predicatorū ponuntur secundo loco. Ille uero cōcessiones que spectant ad fratres Augustinenses necnon ad suos tertiarios ponuntur consequenter in tertio loco. Quedam autem concessio que pertinet ad fratres Carmelitanos, ponitur quarto loco. Alia insuper concessio attinens ad fratres ordinis minimorum ponitur quinto loco. Sed pro omnibus mēdicantibus insimul habetur quedā alia cōcessio, que ponitur in fine omniū.

¶ Pro fratribus minoribus ac etiā predicatoribus.

1 SIXTVS. 4. concessit professoribus ordinis mi. ut concessis fratribus predicatoribus, & eiusdem predicatorum ordinis fratribus, ut concessis predictis fratribus minoribus priuilegijs indulgentijs gratijs fauoribus & indultis, tam spiritualibus ꝗ temporalibus, a romanis pontificibus predecessoribus suis & alijs authoritatem habentibus (que omnia ac si nominatim exprimerentur haberi uoluit pro expressis) potiri & gaudere possint & debeant perpetuis futuris temporibus in omnibus & per omnia prorsus & sine ulla differentia perinde ac si que uni ex ordinibus predictis sunt concessa utriq; simul nominatim concessa

fuissent aut concederentur in posterum. Et uoluit q ea que de magistro generali & prouincialibus priori bus dicti ordinis predicatorum ac monasterijs mo nialium sub eorundem fratrum predicatorum cura, & secundum ipsius ordinis instituta uiuentium sunt statuta in generali & prouincialibus ministris & uica rijs dicti ordinis minorum & monasterijs monialium sancte Clare & econtra censeantur esse statuta. B.fo. 61. Et ffo.144. conce.354.

¶ Idem Sixtus in bulla Aurea, omnes & singulas gra tias concessiones & peccatorum remissiones immu nitates exemptiones facultates priuilegia & indulta spiritualia & temporalia qualiacunq; sint heremita rum sancti Augustini & Carmelitarum & Seruorum sancte Marie fratrum ordinibus & eorum ecclesijs & oratorijs ac domibus prioribus fratribus & sororibus conuersis & oblatis & utriusq; sexus personis de peni tentia nūcupatis, a predecessoribus suis romanis pon tificibus & ab eodem Sixto aut alijs authoritatem ha bentibus (que omnia ac si nominatim exprimerentur haberi uoluit pro sufficienter expressis) coniunctim uel diuisim in genere uel in cōmuni concessa, eisdem uel eorum cuilibet predicatorum & minorum fratrū ordinibus domibus ecclesi s oratorijs generali magi stro ministro prioribus & ministris prouincialibus cō uentualibus prioribus & guardianis sororibus obla tis conuersis & utriusq; sexus tertij ordinis seu de pe nitentia nuncupatis & alijs eorundem ordinum per sonis, de nouo cōcessit, & in eis locum habere uoluit, ac si eisdem nominatim directe & expresse concessa fuissent. B.fo.66. Et ffo.149. conce.367. *Pro fratribus minoribus & pdicatoribus & eis subiectis.*

¶ Idem Sixtus concessit seu cōmunicauit fratribus & sororibus trium ordinum beati Frācisci omnia pri uilegia tam spiritualia q temporalia, omnesq; indul gentias ceteris mendicantium ordinibus concessas tam in cōmuni q in particulari eorūq; ecclesijs & lo cis quibuscūq; b.fffo.109.conce.464. *Pro tribus ordinibus sancti Frācisci.*

¶ Idē Sixtus cōcessit q sorores s. Clare sub obedietia fratrū mi. obser. existentes gaudeāt omnibus priuile *Pro monialibus scē Clare.*

gijs exemptionibus & gratijs concessis in genere soro
5 ribus reformatis sororis colete.o fffo.96 conce.338.
INNOCENTIVS.8.concessit ꝙ omnia indulta
gratie ac priuilegia concessa & concedenda fratribus
familie cismontane censeantur etiam concessa ultra
montanis & econuerso.o.fo.64.Et ffo.68.conce.135.
Et fffo.69.conce.145.

6 ¶Idem Innocentius extendit seu cõmunicauit gra
tias & indulta cõcessa fratribus & sororibus tertij or
dinis in cõmuni uiuentibus etiam illis qui uiuunt in
particulari.o.fo.64.Et ffo.69.conce.145.Et fffo.100.
conce.375.

Pro tertia rijs in pticulari uiuentibus.

¶Qualiter prefata concessio sit intelligenda ponitur
in dictione tertiarij post omnes concessiones,uide ibi.

7 ALEXANDER.6.concessit fratribus mi.regula
ris obseruantie,ut omnibus & singulis gratijs & priui
legijs libertatibus immunitatibus & indultis spiritua
libus & temporalibus tam fratrum predicatorum ꝙ
heremitarum sancti Augustini & beate Marie de mõ
te carmeli omnibusq; alijs mendicantibus per sedem
apostolicam uel legatos eiusdem etiã per literas apo
stolicas mare magnum nuncupatas hactenus conces
sis(quorum tenores ac si de uerbo ad uerbum insere
rentur haberi uoluit pro sufficienter expressis)uti po
tiri & gaudere libere & licite possint & debeãt in om
nibus & per oĩa,perinde acsi ꝓdictis fratribus mino.
specifice cõcessa fuissent.B.fo.76.Et ffo.159.cõce.378.

Ampla cõmunicatõ priuilegi.

8 IVLIVS.2.cõcessit fratribus mi.cõsimilem cõmu
nicationẽ priuilegiorum aliorum ordinũ mendican
tium ad literam ponendo uerba que Alexander.6.po
suerat in concessione cõmunicationis in.§.7.imme
diate precedenti annotata.B fffo.12.conce.49.

9 ¶Idem Iulius cõcessit fratribus mi.obseruãtie ultra
montanis,hoc est Hispanis,Gallis,& Alemanis,ꝙ oĩ
bus indultis & priuilegijs exẽptionibus imunitatibus
gratijs indulgentijs & libertatibus familie cismonta
ne, concessis & imposterum concedendis uti potiri
& gaudere libere & licite ,prsus & absq; ulla differẽtia
in oĩbus & ꝑ oĩa ualeãt,perinde ac si illa oĩa eidẽ famĩ

Pro fratribus citra & ultramontanis.

lie ultramontane nominatim ac specialiter & expsse concessa fuissent.B.ffo.57.cōce.69.Et fffo.3. conce.5.

10 Particularis p̄ frat. mi.regnorū castelle.

¶ Idē Iulius cōcessit fratribus minoribus eorūq; domibus omnia & singula priuilegia, immunitates exēptiones concessiones indulgētias & indulta tam uiue uocis oraculo q̄ alias, sub quibuscunq; tenoribus & formis fratribus ordinis predicatorum regularis obseruantie regnorum castelle, & legionis ac illorum domibus per ipsum Iulium & predecessores suos romanos pontifices aut sedem apostolicam concessa, ac si predictis fratribus ordinis mi.eorumq; domibus concessa forent.B fo.60.Et ffo.127.conce.284.

Declaratō & noua cōces.cōicatiōis priui legiorū fratrū p̄dica. fcā fratribus minoribus. Pro quibuslibet platis ordis.

¶ Idem Iulius postea declarauit & concessit, q̄ in predicta priuilegiorum gratiarum & indultorum prefatorum cōicatione (.s. ordinis predicatorum) tam uniuersaliter per p̄decessores suos toti ordini mi.q̄ etiā per ipsum particulariter predictorum regnorū prius facta, ut ea que quo ad absolutionem & dispensationē uel alias ad priorem generalē seu magistrum ordinis prefatorū fratrū predicatorum spectant ad ministrū uel uicarium generalē fratrum minorū pertineāt. Et ea que ad priores conuentuales.i.platos singularū domorū ordinis p̄dicatorū & eorū uicarios similiter spectant, ad guardianos & eorū uicarios ordinis mi.etiā ptineāt. Et ea q̄ ad priores seu uicarios uel sub priores puinciales.i.platos q medij sunt (quocūq; noīe cēseant & uocent) inter p̄dictū gn̄alē uel magistrū ordis & priores cōuētuales eorūq; uicarios simili mō spectant, ad ministros & uicarios puinciales ac custodes, q ēt medij sunt inter ministrū, & uicariū generalē & guardianos eorūq; uicarios sitr ptineāt, Et q̄ sicut de ptāte p̄latorū.s.de platis ad platos dictū ē ita de cōgregationibus unius ad cōgregationē alterius ordinis & de fratribus priuatis.i.sine platura ad fr̄es priuatos, & de festiuitatibus ad festiuitates, in his casib⁹ in qbus cōgregationibus uel fr̄ibus priuatis ac festiuitatibus alteri⁹ ordinis aliqd cōcessum ē, nunc & p̄ tēpore respectiue concessa intelligantur, Ita q̄, ea que in honorem sanctorum Dominici Petri martyris Thome de aquino

Pro fcīis ordinis.

& Catherine de senis fratribus uel locis predicatorũ sunt concessa, omnia illa fratribus mino. prefatis eorumq; locis ac festiuitatibus sanctorũ Francisci Antonij Ludouici Bernardini Bonauenture quinq; martyrum dicti ordinis qui apud Marrochiũ martyrij corona adepti sunt, & s. Clare ac in alijs festiuitatibus dicti ordinis minorum licet sint in maiori numero q̃ festa ipsorum fratrum predicatorum sint. & intelligantur concessa B. fffo. 74. conce. 222.

12 De priuile. monialiũ sancte Clare.

LEO. 10 cõcessit, q̃ sicut moniales s. Clare gaudent priuilegijs fratrũ min. ita & ipsi fratres gaudeãt & uti possint priuilegijs ipsarũ monialiũ q̃ sub cura ipsorũ sũt dũtaxat, & in spũalibus tãtum. O. fffo. 62. conce. 196.

13 Pro obseruãtibus & conuẽtualibus.

¶ Idem Leo concessit, ut omnia & singula priuilegia & indulta ordini fratrũ min. tam per ipsum Leonẽ q̃ per alios quoscũq; romanos põtifices concessa fratribus regularis obseruãtie ac cõuẽtualibus p̃dicti ordinis inuicem perpetuo sint cõmunicata eisq; suffragẽtur inquantum concordie per eundem Leonem facte non sunt contraria. B. fffo. 32. conce. 114.

14 Pro sctis ordinis.

¶ Idem Leo declarauit & concessit, q̃ illud quod cõceditur omnibus sanctis ordinis predicatorũ iunctim & cuilibet seu aliquibus eorum intelligatur cõcessum omnibus sanctis ordinis mi. etiam iunctim & cuilibet eorũ ẽt si sint in maiori numero. O. fffo. 58. cõce. 164.

¶ Pro fratribus predicatoribus sigillatim.

15 Pro fratri. p̃dicatori.

LEO. 10 motu proprio cõicauit de nouo concessit ordini p̃dicatorũ oẽs & singulas gr̃as cõcessiones indulgẽtias peccatorũ remissiões p̃rogatiuas fauores imunitates exẽptiones facultates priuilegia & indulta tã spiritualia q̃ tẽporalia qualiacũq; illa sint, quẽ minorũ heremitarũ sancti Augustini Carmelitarũ Seruorũ bt̃e Marie ac minimorũ fratrũ ordinibus & eorũ ecclesijs & oratorijs, ac ecclesias ipsas & oratoria uisitãtibus, cuiuscũq; status aut sexus existãt, seu pro eorũ manutentione & ornatu cõtribuẽtibus, necnõ domibus & presidentibus non solũ generalibus sed etiã p̃uincialibus & cõuẽtualibus, fratribusq; & sororibus, necnõ monialibus & conuersis & oblatis, ac utriusq; sexus

personis/de penitentia seu tertij habitus nuncupatis a predecessoribus ipsius Leonis/aut ab ipso eiusq; successoribus aut alijs auctoritatem habentibus coniunctim uel diuisim in genere uel in specie concessa sunt aut imposterum concedentur, ac si omnia & singula nominatim exprimerentur dicto ordini predicatorũ Nota. & illius ecclesijs oratorijs & ecclesias ipsas & oratoria uisitantibus, seu pro earum manutentione & ornatu contribuentibus, necnon domibus magistroq; generali, prouincialibus & conuentualibus fratribus etiam & sororibus siue monialibus, conuersis quoq; & oblatis, ac utriusq; sexus personis de penitentia nominatis & alijs eiusdem ordinis personis. Et in fine ponit latissimas & fortissimas non obstantias, ita q; in omnibus cõmunicationibus priuilegiorum non reperitur alia melior concessio nec adhuc equalis ut patebit bene intuenti. B. ffo. 69. conce. 216.

¶ Aduertendum est, q; uirtute cõmunicationis priuilegiorum inter fratres minores & predica. per Sixtũ. 4. in mari magno, etiam de concedendis imposterum facte, ut patet supra. §. 2. possumus nos fratres minores uti & gaudere supradicta cõmunicatione copiosissima priuilegiorum aliorum ordinũ mendicantium, Et deseruit nobis presertim pro priuilegijs fratrum minimorum, de quibus directe nunq̃ habuimus communicationẽ, saltem que ad manus nostras peruenerit, Ac similiter deseruit nobis ad gaudendum priuilegijs predictis ordinibus imposterum concedendis, quia pro talibus non habemus directam concessionẽ, sed solum de iam concessis. Collector

¶ Pro fratribus Augustinensibus specialiter.

ALEXANDER 4. concessit fratribus Augustinĩ. ut quãdo ad unũ corpus essent omnes reducti, omnibus priuilegijs domibus singularibus cõcessis possent oẽs sic reducti & adunati gaudere. B. ffo. 245. cõc. 595. 16

ALEXANDER 6. motu proprio concessit fratribus Augustinensibus, ut omnium & singulorum religiosorum cuiuscunq; obseruantie fuerint & domorũ locorum personarumq; in illis degentium quibus ut 17

Nota. priuilegijs dicti ordinis Augustinensiũ uti possint per eandem sedem concessum est, possint & ualeant huius modi Augustinenses ipsorum locorũ domorũ & personarum in illis habitantium priuilegijs indultis immunitatibus concessionibus exemptionbus indulgẽtijs & libertatibus eis in genere quacunq; apostolica authoritate cõcessis (quorũ tenores haberi uoluit pro expßis & specificatis) uti potiri & gaudere perpetuis futuris tẽporibus libere & licite. B. ffo. 78. cõce. 235.

Collector ¶ Aduerte q; hec est magna concessio & cui nullibi aliã similẽ reperi, Virtute autẽ huius uidet̃ q etiã fratres minores ratione cõmunicationis priuilegiorum possint uti priuilegijs illorum quibus sua priuilegia sunt cõmunicata usq; ad datam predicte concessionis Augustinensium, sed non de imposterum concessis aut concedendis, quia de illis non est facta mentio.

18 IVLIVS .2. omnia & singula priuilegia immunitates exemptiones concessiones indulgentias ac peccatorũ remissiones & indulta quecunq; quibusuis cõgregationibus seu societatibus aut alijs locis & illorũ personis ordinis fratrũ heremitarũ regularis obseruantie nuncupatis generaliter concessa ad ipsum ordinem fratrum heremitarũ & illius personas, ac si illis specialiter concessa fuissent authoritate apostolica extẽdit & illis cõmunicauit. B. ffo. 265 conce. 684.

Collector ¶ Aduertẽdũ est q uirtute huius cõcessionis credebant aliqui fratres predicti ordinis posse gaudere priuilegijs & indulgẽtijs particularibus domibus sui ordinis cõcessis, ut sancte Marie de populo urbis Rome & similibus. Et alij fratres aliorum ordinum mendicantium credebant q uirtute cõmunicationis priuilegiorum similiter esset eis concessum, Sed Leo. 10, declarauit, debere intelligi q gaudeãt predicti fratres priuilegijs generaliter concessis congregationibus & personis & locis congregationum & nõ domibus uel personis particularibus congregationum uel ordinis concessis ut habetur. B. fffo. 56. conce. 157.

19 ¶ Idem Iulius statuit ut quicquid indulgentiarum & gratie fratribus & monialibus mantellatis & corrigia

tis ordinis heremitarũ sancti Augustini cõcessum est, id omne utriq; sexui concessum intelligatur uiris.s. atq; mulieribus. dũmodo a generali uel priore aut rectore alicuius loci dicti ordinis authoritate gr̃e assequende facultatem obtinuerint. B. fffo. 76. conce. 227.

¶ Idem Iulius decreuit cõmunicationem priuilegiorum aliorum ordinum mendicantium factam fratribus Augustinensibus ad ea etiam extendi que uiue uocis oraculo ab eis impetrata aut eis in genere donata sunt, Et uoluit ut quicquid alicui eorundem hoc modo aut quouis alio concessum est hactenus aut imposterum concedetur, siue conuentualibus siue obseruantibus nuncupatis, id omne motu proprio & ex certa scientia eisdem Augustinensibus sit concessum. b. fffo. 95. conce. 309. 20 Oracula.

21 ¶ Idem Iulius in alio breui predictis Augustinensibus directo posuit sequentem clausulam. Cõmunicationem quoq; priuilegiorũ cum alijs ordinibus omnibus firmamus & roboramus uolentes priuilegia nostra omnia integre & ad uerbum ut sonant plenissime atq; inuiolabiliter ubiq; gentium obseruari. b. fffo. 95. conce. 311.

22 ¶ Idem Iulius confirmauit cõmunicationem priuilegiorũ quam Sixtus. 4. fecerat inter fratres Augustinẽses & alios mendicãtes. Et insuper decreuit ac uoluit, ut quicquid usq; tunc ordini minorum aut predicatorum aut Carmelitarum aut Seruorum beate Marie cõcessum ab apostolica sede est & quicquid in futurũ concedetur, eisdem fratribus Augustinensibus concessum sit, Ita q; fratres huiusmodi eisdem concessionibus perpetuo uti possint perinde ac si eis nominatim concessa essent. B. fffo. 67. conce. 212.

23 LEO. 10. declarauit & concessit, q; persone trium ordinum sancti Augustini uidelicet fratres moniales & mantellati omnibus & singulis priuilegijs, gratijs & indultis que in mari magno seu in alijs concessionibus tam per ipsum q̃ per alios Romanos pontifices predecessores suos ordini antedicto concessis continentur plene & largiter perfrui possint & debeant, Pro tribus ordi. Augustinẽ.

Nota. Sed uoluit ꝙ quarti gradus utriusq; sexus persone indulgentijs tantūmodo gaudeant.b.fffo.122.cōc.556.

Collector ¶Aduerte ꝙ iste persone quarti gradus uidentur ꝙ sunt que in aliquibus literis apostolicis uocantur corrigiate.i.que solum deferunt corrigiam sancti Augustini, de quibus supra in.§.19.Attamē utrū huiusmodi corrigiati possint gaudere omnibus gratijs & concessionibus spiritualibus uirtute illius dictionis indulgentijs quibus alij predicti tres gradus seu persone trium ordinum predictorum gaudent non auderem ego asserere.

24 ¶Idem Leo concessit generali priori Augustineñ.ut quicquid indulgentiarum & gratie fratribus monialibus & mantellatis ac corrigiatis cōcessum est id omne utriq; sexui concessum intelligi, sicut supra.§.19. concesserat Iulius.b.fffo.122 conce.557.

25 SIXTVS 4.concessit fratribus ordinis Carmelitarum, ut gaudere & potiri possint & debeāt priuilegijs indulgentijs gratijs & fauoribus ac indultis tam spiritualibus q̄ temporalibus concessis fratribus predicatoribus & minoribus ac heremitanis sancti Augustini uelut si predicto ordini Carmelitarū nominatim concessa fuissent, aut concederentur in futurum. Et circa huiusmodi cōmunicationem facit copiosam ex specificationē de concessis respectu prelatorum predictorum ordinum.B.fo.105.Et fffo.188.conce.483.

Pro fratri. carmelitis signanter.

26 IVLIVS 2 concessit ac indulsit cultricibus ac fundatricibus ordinis minimorum, & earum utriusq; sexus liberis procreatis & procreandis, ut omnibus & singulis eiusdem ordinis minimorum priuilegijs gratijs immunitatibus & libertatibus exemptionibus indultis concessionibus & indulgētijs uti potiri & gaudere libere ac licite ualeant.B.fffo.9.conce.31.

Pro fratri. minimis.

¶Pro omnibus mendicantibus generaliter.

27 LEO.10.motu proprio & ex certa scientia approbauit & innouauit & confirmauit ac plenum firmitatis robur obtinere, & firmiter obseruari uoluit, ac de nouo concessit cōmunicationem priuilegiorum omniū ordinum mendicantium, quam fecerat Iulius.2.fra

Pro omnibus mēdicantibus.

tribus mi. obser. dando super hoc iudices. B. fffo. 17. conce. 57.

COMMVNICARE.

¶Distinctio materie communicationis corporis Christi.

¶Sciendum ꝙ circa communionem eucharistie seu corporis Christi, inueniuntur complura in priuilegijs fratrum, Et istorum quedam tangunt precise personas fratrum & monialium eorum cure subiectarum. Hec autem habentur infra in. §. 7. & in remissionibus ibi additis, ac etiam infra in. §. 11. Alia uero concernunt personas secularium. Et ista continentur infra in omnibus. §. exceptis supra nominatis. Et quo ad hoc uide etiam supra in dictione Absolutio quo ad seculares primo. §. 14. — Collector

1 Pro omnibus christianis. — EVGENIVS. 4. declarauit optime iuri satisfactum esse & canoni seu decretali Omnis utriusq sexus si in hebdomada sancta uel infra octauã pasche resurrectionis dominice (secundum meliorem dispositionem conscientie, & aptiorem mentis deuotioné) fideles sacrosanctum sacramentũ eucharistie accipiãt. B. ffo. 114. conce. 248. Et idem concessit oraculo uiue uocis. o. fo. 61. Et. ffo. 64. cõce. 81. Et fffo. 95. cõce. 316.

2 Pro forensibus. — ¶Idem Eugenius concessit ꝙ quando quis tempore paschali se repererit in aliena diocesi semper ibi intelligitur adeptum incolatum, ut ibi confiteri & cõmunicare ualeat, quantuncunq ibi paruo tempore steterit. o. fo. 61. Et ffo. 64. conce. 80. Et fffo. 95. conce. 315.

3 Pro omnibus christianis. — ¶Idem Eugenius declarauit, ꝙ quando sacerdos parrochialis dat licentiam suo subdito ut a quocunq possit recipere eucharistiam, eo casu possit recipere eam a religiosis o. fffo. 101. conce. 401.

¶Aduerte ꝙ dubitatum fuit hoc, quia ultra prohibitionem cõmunionem est particulariter prohibitum religiosis per Clementinam Religiosi de priuilegijs. — Collector

4 Pro omnibus etiã forensibus. — NICOLAVS. 5. concessit generalibus & prouincialibus ministris & omnibus confessoribus ordinis

mi.deputatis ad audiendas confessiones secularium, ut possint omnibus (quaruncunq; diocesum) quorum confessiones audierint sacratissimi corporis Domini ci cõmunionem dare omni tempore, preterq̃ in die resurrectionis Dominice. B. fo.30. Et fffo.114. conce. 349. Et fffo 85. conce.159.

Collector ¶ Aduerte ad ampliationem & declarationẽ huius concessionis infra positam. §.9.

5 SIXTVS .4. fecit consimilem concessionem ad literam, sicut Nicolai.5. immediate supra positam. B. fo.30. Et ffo.114. conce.250. Et fffo.58. conce.159.

6 ¶ Idem Sixtus concessit fratribus mino. ut possint

Sacramẽta. administrare sacramenta eucharistie & extreme unctionis illis quorum confessiones audierint, quando rectores seu curati eorum maliciose aut sine rationabili causa denegauerint seu distulerint, illa administrare. Et uoluit q̃ super hoc stetur assertioni eorundem confessorum uel penitentium. B. fo.60. Et ffo.144. conce.348.

Collector ¶ Sed aduertendum est q̃ huiusmodi concessio fuit modificata per Leonem.10. prout habetur infra. §.10. Vide ibi cum sua declaratione.

7 INNOCENTIVS .8. ac etiam Leo.10. concesserunt

Indulgen. plena. fratribus mino. ac monialibus eorum cure subiectis cõmunicantibus in multis festiuitatibus & diebus dominicis indulgentiam plenariam, prout habetur infra in dictione Indulgentie plenarie quo ad fratres. §.6.&.7.&.11.&.18.ac.19.

8 IVLIVS .2. concessit q̃ absq; aliquo conscientie

Interdictũ scrupulo possint fratres mino. obser. prouinciarum regnorum Castelle & legionis sacramentum eucharistie tempore interdicti coram quibusuis personis se-

Particularis pro regnis castelle. cularibus uel regularibus facultatem audiendi diuina officia habentibus recipere, Quodq; persone predicte facultatem audiendi diuina officia huiusmodi habentes dicto tempore interdicti sacramentum huiusmodi recipere possint & ualeant licentiam concessit. Ita tamen q̃ hec cõmunicatio secularium intelligatur iuxta facultates concessas illis secularibus de interes-

sendo diuinis.o.ffo.71.conce.179.Etffo.101.conce 391.

LEO .10.concessit de nouo idem quod Nicolaus. 5. & Sixtus .4. concesserant, ut patet supra.§.4.&.5. Ac declaranit quod licet audire confessiones secularium non possint nisi in supradictis breuibus nominati ministrare tamen sacramentum eucharistie tempore concesso possit quilibet sacerdos religionis. Et in eo quod dicitur ubi supra de die resurrectionis declarauit quod non possint ministrare sacramentum eucharistie in die quo celebratur festum resurrectionis domini nostri Iesu Christi duntaxat sine rectoris parrochialis aut diocesani licentia.O.fffo.58. conce.160. 9 Pro omnibus fra.sacerdotib. Echaristia.

¶Idem Leo postea in concilio Lateranensi statuit, que eucharistie extreme unctionis aliaque ecclesiastica sacramenta nequeant dare fratres illis quorum (etiam infirmorum) confessiones audierint dicentibus proprium sacerdotem illa sibi dare denegasse, nisi denegatio sine licentia causa facta uicinorum testimonio probata, aut requisitio coram notario publico facta doceretur.B.fffo.25.conce.73. 10 Conciliũ. Sacrã.

¶Attamen est aduertendum que non obstante hoc statuto immediate anteposito possunt fratres uti in foro conscientie omnibus cõcessionibus superius positis, quia idem Leo uiue uocis oraculo reualidauit & de nouo concessit omnia que per huiusmodi concilium fuerant de nostris priuilegijs reuocata seu restricta. ut ponitur infra in dictione Concilium.§.7. Collector

¶Idem Leo dispensauit cum monialibus .s. Clare & conceptionis beate Marie atque tertij ordinis, ut precepto regule de percipiendo sanctissimum sacramentũ satisfaciant, per aliquos dies anteponendo uel postponendo, dum tamen illud in fraudem non faciant.O.fffo.61.conce.191. 11 Pro monialibus. Dispensatio.

¶Ex priuilegijs fratrum minimorum. 12

IVLIVS .2.concessit fratribus ordinis minimorũ ut in ecclesijs suis quoties opus fuerit possint ministrare & ministrari facere sacramentum eucharistie Pro forensibus & ẽt alijs.

curialibus mercatoribus peregrinis & transeuntibus ac alijs quibuscunq; personis. B. fffo. 11. conce. 43.

Collector ¶ Aduerte circa huiusmodi concessionem pro foro exteriori qualiter modificata est per Leonem decimũ in concilio Lateraneñ. prout habetur supra. §. 10.

COMMVTARE.

1 Prelati. Legata. SIXTVS. 4. concessit, q; prelati ordinis mi. possint cõmutare legata facta locis nostris ad unum uium in alium, sine scandalo tamen illorum ad quos solutio talium legatorum pertinet. o. fo. 62. Et fffo. 65. conce. 95. Et fffo. 95 conce. 317.

2 Prelati. Eleemosine. LEO. 10, ampliando dictam gratiam Sixti concessit q; simili modo possint dicti prelati facere in rebus donatis per uiuentes, si tamen ut dictum est non sequatur scandalum. o. fffo. 93. conce. 293.

3 Vendere. ¶ Idem Leo concessit q; fratres mi. possint recipere triticum ac alias res superabundantes (scilicet quibus in propria specie fratres non habent necesse uti aut non in tanta quantitate) ut pro uino carnibus ac alijs rebus uictui necessarijs per sindicum Romane ecclesie eisdem fratribus datum cõmutentur & permutentur, seu ut triticum & alia huiusmodi uendantur & ex pecunia inde proueniente uinum & carnes ac alie res necessarie emantur. B. fffo. 23, conce. 66.

Collector ¶ Cauendum est omnino ab ista concessione, quia est relaxatiua & destructiua nostre stricte paupertatis quã in regula promisimus, cum talia sic recepta sint manifeste pecunia, cuius receptio q̃ prohibita sit in regula nostra notorium est. Nec sufficit dicere q; Papa dispensat in hoc, nam per similes dispensationes uel potius dissipationes dissiparetur religio nostra in altissima paupertate fundata, ut patet euidenter in nostris conuentualibus.

CONCEPTIO VIRGINIS.

1 SACROSANTA generalis Basiliensis sinodus in spiritu sancto legitime congregata uniuersalẽ

ecclesiam representas diligenter inspectus authoritatibus & rationibus/que a diuersis partibus coram eadem sancta synodo fuerunt allegate/alijsq; etiam pluribus super eadem materia uisis & matura consideratione pensatis/determinauit doctrinam illã differentem/gloriosam dei genitricem mariam (preueniẽte & cooperante diuini muneris gratia singulari) nunq̃ actualiter subiacuisse peccato originali/sed immunẽ semper fuisse ab omni originali & actuali culpa/sanctamq; & immaculatam/tanquam piam & consonam cultui ecclesiastico/fidei catholice/recte rationi & sacre scripture/ab omnibus catholicis approbandam fore/tenendam & amplectendam/diffiniuit & declarauit, ac decreuit nulli de cetero licitum esse in contrariũ pdicare seu docere.b.fo.42. Et ffo.40.cõce.45. Determinatio ueritatis concep.uirginis ma. Predicare. 2

¶ Eadem sacrosancta synodus statuit/quando & qualiter sit huiusmodi festiuitas celebranda, prout habetur infra in dictione Festiuitas.§.6.

¶ Eadem sancta sonodus concessit nonnullas indulgentias interessentibus diuinis in prefata festiuitate conceptionis, sicut ponitur infra in dictione Indulgẽtie quo ad seculares.7.in.§.1. 3 Indulgẽtie

NICOLAVS.5.fecit copiosissimam confirmationem ordinatorum in predicto concilio Basiliensi, ac per consequens confirmauit determinationem ibidẽ factam in fauorem immaculate conceptionis uirginis deipare.b.ffo.44.conce.49. 4 Cõfirma. concilij.

SIXTVS.4.statuit/q; fiat octaua solennis de festo conceptionis uirginis Marie, & q; de festiuitatibus/que uenerint infra octauam/nihil tũc agatur, sed post octauam celebrentur, Quodq; si festum conceptionis in dominica uenerit/fiat de festo, quia specialis effectus dei fuit in illa die, & ideo dominica transferatur in sequentem diem. Et uoluit q; tunc in secunda feria dicantur psal. nocturnorum de dominica cum nouẽ lectionibus & responsorijs sine precibus, & missa sine Gloria in excelsis deo, quia/Te deum laudamus non dicitur. Sed in predicto casu in octaua fiet de dominica, & festum octaue transferetur ad diem sequentem. 5 Officium diuinum.

Si uero uenerit infra octauam fiet de dominica cum cōmemoratione festi.o.fo.64.Et ffo.68.conce.133.

6 ¶Idem Sixtus motu proprio authoritate apostolica reprobauit & dānauit assertiones p̄dicatorū/& aliorum quorūlibet qui affirmare presumerent/sanctam Romanam ecclesiam de spirituali dūtaxat cōceptione/& sanctificatione uirginis gloriose festum celebrare,ac illorum qui crederent/& tenerent q̄ assererent es eandem genitricem dei ab originalis peccati macula in sua conceptione preseruatam fuisse/propterea alicuius heresis labe pollutos fore.Istas nāq; assertiones utpote falsas & erroneas/ac a ueritate alienas/editos q̄ libros id continentes similiter reprobauit & dānauit. Ac motu & authoritate predictis statuit & ordinauit,q̄ predicatores uerbi dei/& quicunq; alij cuiuscunq; gradus/ordinis/& conditionis fuerint/qui de cetero ausu temerario presumpserint in eorum predicatiōibus ad populū/seu alias quomodolibet affirmare huiusmodi sic reprobatas & dānatas assertiōes/& opiniones ueras esse/aut dictos libros pro ueris legere/tenere/uel habere/postq̄ de presentibus literis scientiam habuerint excōmunicationis sententiam & eterne maledictionis penam eo ipso incurrāt,a qua ab alio q̄ a Romano pōtifice & illius proprio ore expressa causa huiusmodi propter quā censuras predictas incurrerint(nisi in articulo mortis constituti)nequeant absolutionis beneficium obtinere non obstātibus quibuscunq; in contrarium facientibus.Itē pari dānationi & cēsure subiecit illos qui predicare docere aut alias uerbo uel scriptura affirmare presumerent hereticum fore credere eandem uirginem gloriosam a peccati originalis macula preseruatam non fuisse.B.fo.44.Et ffo.117.conce.257.

Reprobatio errorū

Prohibitio

Excōmunicatio.

7 ¶Idem Sixtus concessit,ut omnes qui officium conceptionis beate Marie uirginis compilatum & ordinatum per fratrē bernardinū de Gusto pro sua deuotione dicere & recitare uoluerint libere & licite hoc possint & ualeant.B.fo.40.Et ffo.124.conce.272.

Officium diuinum.

8 ALEXANDER.6.cōfirmauit bullam supradictā

Sixti in §.6. inferendo illam de uerbo ad uerbum,ac dando desuper iudices cum magnis clausulis & non obstantijs B.fo.74.Et ffo.158.conce.376.
IVLIVS.2.concessit plures indulgentias in fauorẽ conceptionis beate uirginis,prout habentur in dictione Indulgentie quo ad seculares.7.in §.3. 9 Indulgentie.
LEO.10 concessit, ꝙ tempore interdicti quauis auctoritate & ex quibusuis causis pro tempore appositi in quibusuis hispanie ecclesijs ac locis a primis uesperis diei festi conceptionis usq; ad illius totalem octauam inclusiue missas & alia diuina officia apertis ianuis & pulsatis campanis atq; alta uoce (excõmunicatis dũtaxat & nominatim interdictis expulsis) celebrare possint, Et ꝙ singuli Christi fideles non excõmunicati nec nominatim interdicti ad missas & alia diuina officia audienda prefato tempore admitti libere & licite possint. B.fffo.24.conce.67. 10 Particularis pro hispania. Interdictum.
¶ Idem Leo concessit multas & magnas indulgentias intuitu imaculate conceptionis beate uirginis Marie tam fratribus q̃ secularibus, quas reperies una cum multis alijs indulgentijs infra in dictione Indulgentie plenarie quo ad fratres primo.in.§.18.&.19. Et in dictione Indulgentie quo ad seculares.7.in.§.4.&.5. 11 Indulgentia.

CONCILIVM.

CONCILII constantieñ decretum circa obseruantiam fratrum mino. quo tempore & quomodo emanauit consulte salubriterq; separãs fratres obseruantes a conuentualibus, habetur sub autentico. B.fo.25.Et ffo.109.conce.236. 1 Obseruantia.
MARTINVS.5.approbauit decretum predicti concilij constantiensis quo ad separationem fratrum minorum obseruantie.B.fo.36.Et ffo.120.cõce.260. 2
SACROSANCTA generalis synodus Basiliensis confirmauit decretum concilij Constantiensis super obseruãtia fratrum minorum.B fo.39.Et ffo.123. conce.270. 3

4 Cōceptio uirginis. ¶Predicta synodus seu concilium Basilieñ. determinauit ueritatem immaculate conceptionis beate uirginis, ut habetur supra in dictione Conceptio §.j. Et ffo.40.conce.45.

5 NICOLAVS .5 fecit confirmationem copiosissimam concilij Basiliensis, ut habetur latissime.B.ffo. 44.conce.49.

6 Collector LEO.10.in concilio Lateranēsi edidit quandam bullam magnam super moderationem priuilegiorū per sedem apostolicam fratribus mendicantibus & alijs religiosis concessorum, Sed quia huiusmodi modificationes/seu restrictiones/aut reuocationes ponuntur sparsim in hoc compendio sub diuersis dictionibus, iuxta diuersitatem materiarū quas prefate modificationes tangunt, ideo non ponuntur hic insimul, Attamen qui uoluerit dictam bullam ad longum uidere/reperiet eam in supplemento.fffo.25.

7 Priuilegia Collector ¶Idem Leo postea reualidauit/& in pristinum statū restituit omnia priuilegia fratrum mi. obser. quo ad forum conscientie tantum, & hoc solum oraculo uiue uocis. Sed quia huiusmodi oraculum non potuit haberi tempore impressionis supplementi priuilegiorum/ideo hic ad literam ponetur, prout continetur in registro ordinis facto tempore reuerendissimi patris fratris Francisci Licheti ministri generalis, ex cuius persona sic ibidē habetur. ¶Anno domini. 1519. in uigilia uisitationis beate Marie uirginis, dū essem in presentia & cōspectu.S.domini nostri Domini Leonis pape decimi/ipse pontifex liberaliter confirmauit omnia priuilegia ordinis in foro conscientie tantum, ita ꝙ in foro conscientie eisdem uti possumus/sicut ante concilium Lateranense ultimate celebratū.Non obstantibus quibuscunqꝫ in dicto concilio ordinatis uel determinatis aliter/uel in contrarium disponentibus.Hec in registro ordinis habentur in actis prefatī reuerendissimi patris fratris Francisci Licheti generalis ministri/ad literam.

Collector ¶Ad ampliorem etiam certitudinem prefate reualidationis priuilegiorum nostrorum facit/ꝙ predi-

ctus reuerendissimus pater generalis minister testatus est alias suis literis autenticis se impetrasse a predicto sanctissimo domino Leone.10.uiue uocis oraculo, ꝙ fratres utantur omnibus priuilegijs(etiam uiue uocis oraculo)ordini concessis/in foro conscientie duntaxat/etiam non obstante undecima sessione concilij Lateranensis. Et in fine literarum testimonialium/ubi continebatur predicta concessio/erat positū. Datis in loco Arecili.20.Iulij.1519.Fr̄ Franciscus Lichetus de Brixia generalis minister totius ordinis sancti Francisci manu propria subscripsi/& sigillo maiori officij mei corroboraui.

¶Aduertendum est etiam/ꝙ adhuc pro foro exteriori uidentur reualidata nostra priuilegia prout determinauit quidam iuris doctor insignis super hoc consultus & plene informatus, Et hoc uirtute cuiusdam breuis per eundem Leonem decimum concessi fratribus ordinis predicatorum post prefatum concilium, ubi fecit eis amplissimam cõmunicationem omnium priuilegiorum concessorum/& concedendorum alijs fratribus mendicantibus/& motu proprio illa de nouo concessit cum magnis non obstantibus, prout sequuntur. Non obstantibus quibuscunq; apostolicis suspensionibus/reuocationibus/& restrictionibus/siue constitutionibus/ordinationibus, necnon in prouincialibus/& synodalibus concilijs editis, specialibus uel generalibus &c.B.fff.69.cõce.219. Circa quas derogationes est aduertendum/& notandum ꝙ cum ſm iura/uerba posita in literis apostolicis debeant aliqd̄ operari/sequitur ꝙ per prefata uerba est derogatum concilio Lateraneñ.quo ad ea que tangunt reuocationem priuilegiorum dictorum fratrum, Aliter enim nihil penitus operarentur dicta uerba. Vide etiam ad idem in principio summarij bulle Auree.fffo.135.Ad hoc etiam facit quod infra ponitur in dictione Interdictum in fine. Et in dictione Priuilegia in questionibus prope finem positis. Collector

1 LEO. 10. fecit concordiam nouissimam inter fratres minores obseruantes & conuentuales eiusdem ordinis in capitulo generalissimo in urbe Roma celebrato, quam stricte precepit obseruari dando super hoc conseruatores omnes ecclesiarum prelatos cum magnis clausulis & non obstantijs fortissimis. B. fffo. 32. conce. 114.

2 ¶ Idem Leo precepit cunctis ecclesiarum prelatis, ut compellant fratres minores conuentuales ad seruandum bullam dicte concordie ultime, quoties a fratribus regularis obser. fuerint requisiti, super quo ponit grauissimas censuras & penas tam prelatis ecclesiarũ q̃ fratribus conuentualibus. B. fffo. 39. conce. 127.

Collector ¶ Aduerte ꝙ contenta in huiusmodi concordia, quia sunt multa & uaria ponuntur sparsim in uarijs dictionibus iuxta materias quibus pertinent, & ideo hic nõ ponitur aliquid in particulari de ipsa concordia, ponuntur autem cõplura ex ibidem contentis in dictione Conuentuales fratres, in multis. §.

Collector ¶ De alijs concordijs & conuẽtionibus antiquis inter prefatos fratres diuersis tẽporibus a diuersis pontificibus factis nullam hic facimus mentionem, quia iam nullius sunt momenti. Reliqua circa materiam concordie uide infra in dictione Conuentiones & in dictione Pacta, quia sub his nominibus loquuntur cõcessiones que ad hunc propositum attinent.

CONFESSIONES ET CONFESSORES.

¶ Distinctio materie confessionum & confessorum.

Collector ¶ Attendat prudens lector ꝙ circa materiam confessionum & fratrum confessorum, reperiuntur cõplura & diuersa in priuilegijs fratrum minorum & aliorum mendicantium, que in duas partes principales diuidi possunt. Nam quedam pertinent precise ad personas predictorum fratrum, & alia tangũt personas secularium. ¶ Et primo illa que spectant precise ad personas fratrum subdiuiduntur, Quedã enim concernunt personas quibus prefati fratres possunt

& debent confiteri ordinarie, & hec habentur supra in dictione Absolutio ordinaria quo ad fratres, in omninibus. §. & hic infra. §. j. & .4. & .6. Alia respiciunt eorūdem fratrum confessiones & absolutiones extraordinarias, que s. solum in aliquibus festiuitatibus & nonnullis alijs diebus fieri possunt, & ista continentur supra in dictiōe Absolutio quo ad frēs extraordinaria.

¶ Secundo illa que tāgunt personas secularium etiā subdistinguuntur, Quedam nāq; istorum attinent ad institutionem fratrum qui confessiones secularium audire debent, Hec autem ponuntur infra. §. 1 & .5. & supra in dictione Absolutio quo ad seculares primo, habentur aliqua que ad prefatam institutionem pertinent in. §. 6. & in sequentibus usq; ad. §. 12 & in. 16. ac. 18. Alia autem pertinent ad huiusmodi fratrum confessorum presentationem episcopis seu ordinarijs faciendam & ad authoritatem quam sic instituti & presentati habent ad absoluendum etiam a casibus reseruatis, & de his habetur late supra in dictione Absolutio quo ad seculares. 1. & .2. in multis. §. immo fere in omnibus, ac similiter habetur circa hoc aliquid hic infra. §. 2. Nonnulla insuper attinent ad huiusmodi frafres confessores existentes in terris infidelium, prout ponitur infra. §. 8. & .9.

1 CLEMENS .4. inhibuit uniuersis ecclesiarum prelatis & alijs quibuscunq;, ne confessiones fratrum mino. presumant eorum prelatis inuitis audire. B. fo. 58. Et ffo. 142. cōce. 338. Et idem habetur quo ad carmelitas. B. ffo. 186. conce. 475. Et quo ad fratres predicatores. B. ffo. 238. conce. 563. Prohibitio ꝓ fra. mendi.

2 BENEDICTUS .11. statuit seu concessit sequentia circa confessiones scilicet ꝙ fideles confessi fratribus predicato. & mino. non teneantur eadem peccata proprijs sacerdotibus confiteri, Et ꝙ sacerdotes ipsi taliter confessis & absolutis astricti sint ministrare eucharistie & extreme unctionis sacramēta, Et ꝙ sup confessione facta fratribus memoratis (cū hic de cōfiteris solius ꝑiudicio si falsum dicat agat) in iudicio aie Pro fratr. mi. & ꝑdicato. Eucharistia. Vnctio extrema.

ſeu penitentiali foro ſtetur ſimplici uerbo illius/qui ſacramenta predicta petit/& dicit dictis fratribus ſe confeſſum. Sed hoc duobus caſibus exceptis.ſ.ſi ſacerdos aſſerat illum eſſe excommunicatum/aut notorie peccatorum.B.fo.126.Et ffo.203.conce.502.

Collector ¶Aduertendum eſt/ꝙ ſecundum quoſdam predicta bulla Benedicti.11.que incipit, Inter cunctas, in nullo fuit reuocata per clementinam/Dndum/de ſepulturis, niſi quo ad preſentationem confeſſorum epiſcopis faciendam/& declarationem caſuum epiſcopis reſeruatorum, Primum iſtorum.ſ.preſentatio ſeruari debet, prout in predicta clementina continentur/aut ſaltem forma per Innocentium.8.conceſſa, Secundũ uero.ſ.caſuũ determinatio manet in ſuo uigore propter reualidationem Sixti.4.ſuprapoſitam.in dictione Abſolutio quoad ſeculares.2.§.6.

3 Ex priuil. carmelit. Inſtitu. confeſſ. SIXTVS.4.conceſſit ordini Carmelitarum/ut generalis per ſe/& prouinciales in ſuis capitulis prouincialibus cum diffinitoribus ipſorum capitulorũ poſſint authoritate apoſtolica fratribus eiuſdem ordinis ſi ſacerdotibus in ſacra pagina eruditis/examinatis/& approbatis ab eis/officium predicationis cõmittere, Necnon tam ipſis ꝗ alijs fratribus dicti ordinis ad id idoneis audiendi confeſſiones/& abſoluendi confitentes/ac iniungendi eis penitentias ſalutares ſimiliter officium cõmittere.B.fo.101. Et ffo.185.conce.463. Simili modo continetur in mari magno Auguſtinenſium.B.ffo.244.conce.589.

Collector ¶Aduerte ꝙ priuilegijs alioꝶ fratrũ mẽdicãtiũ non reperit̃ ſimilis cõceſſio quo ad inſtitutionẽ cõfeſſorũ/ ut credo, Et iõ uirtute cõicationis priuilegiorũ ſolũmodo poterũt miniſtri ꝓuinciales fratrũ mi. & priores prouinciales fratrum predicatoꝶ in ſuis capitulis ꝓuincialibus cõmittere fratribus ſuis officia ꝑdicãdi & cõfeſſiones audiẽdi, niſi aliud priuilegium habeãt.

4 ¶Idẽ Sixtus fecit quãdã cõceſſionẽ ꝓ fratribus itinerãtibus/ut poſſint cõfiteri qbuſlibet ſacerdotibꝰ et ſecularibus de licentia ſuoꝶ ꝑlatoꝶ, ꝓut habet̃ ſupra in dictiõe Abſolutio ordinaria quoad fratres in.§.25.

INNOCENTIUS. 8. statuit sub grauibus censuris & penis, ne quisq̃ fratrum mi obser. sine suorum superiorum licentia/ac deputatione & institutione officium confessoris monialium, uel sororum tertij ordinis, aut aliarum quarumlibet consimilium, seu temporalium dominorum, & aliarum personarum secularium & regularium utriusq; sexus assumere & exercere presumant, & si ad id apostolica authoritate deputarentur. B. ffo. 157. conce. 375. 5 Prohibitio p fra. subditis.

¶ Idem Innocentius statuit, q de cetero perpetuis futuris temporibus quecunq; persone fratrum heremitarum sancti Augustini congregationis regularis obseruantie prouincie hispanie, qui nunc sunt & pro tempore erunt/pretextu bulle cruciate, aut cuiusuis alterius facultatis eis & cuilibet earum per sedem apostolicam seu eius legatos sub quibusuis uerborum formis concesse, & que forsan concedi contigerit in futurum/alium q̃ priorem uel sub priorem suum, aut aliquem ab eodem priore uel sub priore/ex eis deputatis pro tempore confessoribus in suum confessorem eligere nequeant. b. ffo. 264. conce. 683. 6 De Augustinen. Particularis pro hispania. Cruciata.

ALEXANDER. 6. concessit generali & prouincialibus ac custodibus ordinis minorum de obseruantia, ut locis in quibus fratres conuentuales uel de obseruantia dicti ordinis commode haberi non possunt fratribus & sororibus tertij ordinis ubicunq; ultra mõtes commorantibus (de consilio aliquorum fratrum) confessores presbiteros seculares uel aliorum ordinũ regulares honestos deputare ualeant, quibus confiteri/& ab eis quecunq; ecclesiastica sacramenta recipere possint. B. fo. 39. Et ffo. 123. conce. 269. 7 De tertiarijs. Sacra.

¶ Aduerte q in fauorem confessorum simplicium habetur quedam notabilis concessio supra in dictione Absolutio ordinaria quoad fratres post. §. 23. Pro confesso. simplicibus.

¶ Sequuntur aliqua spectantia ad Fratres confessores in terris infidelium existentes.

GREGORIUS. 9. concessit fratribus mi. euntibus ad partes infidelium/seu ibidem existentibus, ut in terris illis sit eis licitum communicare cum excom- 8

Excõica= tio. municatis in his que ad salutem animarum pertinēt, Absolo. Quibus etiam (dummodo sint latini, & apostolice se= di obediant) fratres predicti qui fuerint presbyteri ua= leant (congrua satisfactione premissa) secundum for= mam ecclesie absolutionis beneficium impartiri. b. fo. 20. Et ffo. 22. conce. 3.

9 ¶ Idem Gregorius concessit predictis fratribus ad terras infidelium proficiscentibus, ut eos qui per apo Absolo. stasiam/aut scisma/uel heresim a fide recesserunt & in ter saracenos habitant possunt absoluere ac reconci= liare per gratiam penitentie salutaris, si ad obedien= tiam ecclesie romane uoluerint redire. b. fo. 20. Et ffo. 22. conce. 24.

CONFIRMATIO PRELATORVM.

1 Generalis minister. CLEMENS. 4. statuit q̄ generales ministri fra= trum mi. statim postq̄ electi fuerint secundum re gulam & constitutiones ordinis sint effecti, hoc est q̄ p̄ confirmatis habeantur. B. fo. 56. Et ffo. 139. cõc. 307.

Collector ¶ Circa confirmationem uicariorum tam generaliū q̄ prouincialium fuerunt nonnulla ordinata per ali= quos summos pontifices, que quia iam non deserui= unt omissa sunt.

2 Ministri prouin. CLEMENS. 5. in declaratione regule fratrum mi. statuit q̄ confirmatio electionis ministri prouincia= lis predictorum fratrum pertineat ad ministrum ge= neralē, prout habet latius infra in dictiōe. Electio. §. 7.

3 Magister gene. LEO. 10. statuit q̄ generales magistri fratrum mino. conuentualium teneantur petere confirmationem a ministro generali eiusdem totius ordinis, quemad= modum uicarij generales olim de familia uel de ob= seruantia petere tenebantur antea a ministro genera= li conuentualium. B. fffo 32. conce. 105.

4 Magistri prouin. ¶ Idē Leo statuit q̄ magistri prouinciales p̄dicti ordi nis in singulis p̄uincijs teneant petere cõfirmationem a ministris prouincialibus regularis obseruantie eo modo quo uicarij prouinciales olim de familia nun= cupati antea petere tenebantur a ministris conuen= tualibus. B. fffo. 32. conce. 106.

CONSECRARE RES ECCLESIASTICAS.

¶ Circa consecrationem altarium quid concessum sit a sede apostolica dictum est supra in dictone Altare. Et similiter ea que pertinent ad consecrationem ecclesiarum & aliarum rerum ecclesiasticarum habetur supra in dictione Benedicere, quia commixtim cum attentibus ad benedictionem concessa sunt ideo require ibi.§.3 ac.5.&.6.&.11.&.12.ac.13. Vide etiam in dictione Ecclesiefratrum.§.5. Collector

CONSERVATORES ORDINIS.

SIXTUS.4. mandauit quibuslibet in dignitate ecclesiastica cõstitutis & metropolitane uel alterius cathedralis ecclesie canonicis per uniuersum orbem qui per guardianos & fratres ordinis mi.seu sindicos romane ecclesie predicto ordini deputatos requisiti fuerint, quatenus per se uel alium seu alios ubi & quãdo opus fuerit solenniter publicent eorum priuilegia, & eisdem ac illorum domibus & professoribus efficacis defensionis presidio assistentes faciant eos pacifica posse ssione priuilegiorum & concessionum huiusmodi gaudere non permittentes per quoscunque indebite molestari &c.B.fo.61. Et ffo.145.cõce.356. ubi ad longum ponitur potestas conseruatorum & modus quem obseruare debent. Et similiter habetur quo ad fratres carmelitas.ffo.189.conce.484. Et quoad predicatores.ffo.242.conce.588. Et quoad Augustinensis.ffo.251.conce.640. 1 Priuilegia Pro omnibus fratri. medican.

IULIUS.2. statuit ut qnecunque persona seu persone alias de iure capaces pro parte fratrum mi.requisite (nisi legitimo impedimento detente fuerint) iurisdictionem & conseruationem eorundem fratrum uigore priuilegiorum suorum sub excommunicationis pena suscipere teneantur.B.fo.43. Et fo.126.cõc.280. 2 Excõmunicatio.

¶ Aduertendum est quod uirtute huius concessionis Iulij & alterius antepo site Sixti iam fratres nõ sunt astricti ad certos & determinatos conseruatores, sicut Collector

olim quando quelibet natio seu prouincia habebat per bullam particularem duos uel tres conseruatores determinatos sub nomine dignitatis, ita ꝙ ille ꝓuisiones possunt hodie lacerari & comburi tanq̃ superflue, ex quo per prefatas concessiones Sixti & Iulij possunt illos conseruatores seu quoslibet alios assumere. Et idem est de conseruatoribus particularibus quos aliqui fratres minus docti procurant sepe pro negotijs superuenientibus, quia .f. est superflua huiusmodi procuratio, cum conseruatoria maris magni sit perpetua & uniuersalis.

Nota.

3 LEO. 10. in concilio Lateraũ. statuit, ut conseruatores fratrum pro tempore a sede apostolica deputandi doctrina & probitate sint prestantes, & in ecclesiastica dignitate constituti esse debeant. Et uoluit ut coram eis per eosdem fratres quibus dati fuerint, ultra duas dietas a loco sue solite habitationis nullus trahi possit/priuilegijs super hoc alias eis concessis nullatenus suffragantibus. B. fffo. 26. conce. 83.

Conciliũ. Restrictio.

4 ¶ Idem Leo habita informatione ꝙ in aliquibus partibus multa grauamina inferebantur fratribus mendicantibus ab ecclesiasticis personis/specialiter asserendo ꝙ confessi fratribus debite presentatis tenebantur iterum eadem peccata confiteri suis curatis, & ꝙ sacramenta Eucharistie & extreme unctionis non poterant a fratribus ministrari illis/quibus sine causa dicti curati recusabant huiusmodi sacramenta ministrare, ac ꝙ christi fideles audientes missas diebus dominicis & festiuis iu ecclesijs fratrum non satisfaciebant precepto ecclesie, & alia multa con similia/dedit conseruatores omnes ecclesiarum prelatos districte eis precipiendo, ut quandocunq; requisiti fuerint a fratribus predictis/nõ ꝑmittant eos molestari aut grauari, sed cõtra tales molestatores ꝓcedant ꝑ cẽsuras ecclesiasticas & alia iuris remedia. B. fffo. 47. cõce. 142.

Cõfessio. Sacra. Missas.

CONVENIRI IN IVDICIO.

1 INNOCENTIVS. 4. concessit ut fratres mino. nequeant conueniri in iudicio/etiam per literas

apostolicas/que de huiusmodi indulto & predicto ordine mentionem non fecerunt. B fo.25. Et ffo.109. conce.235.

CLEMENS.4. concessit & statuit, q per literas apostolice sedis, aut legatorum seu delegatorum ipsius conueniri a quoq predicti fratres mi. minime ualeãt. B.fo.57. Et ffo.140.cõce.321. Vide circa hoc infra..§.4.. 2 Legatĩ.

¶ Idem Clemens concessit q fratres mi. nec ratione delicti/aut contractus/seu rei/de qua contra ipsos fratres ageretur/possint coram locorum ordinarijs conueniri, nec illi quo ad hoc suam in ipsos iurisdictionem exercere, decernẽs irritum & inane quicquid secus factum uel attentatum fuerit. B.fo.59. Et ffo. 142.conce.342. 3

SIXTVS.4. statuit ne locorum diocesani/aut alij ordinarij/seu alij quicunque in personas aut loca fratrum predicatorum contra prefati Clementis ordinationem suprapositam sibi qnamcunq iurisdictionem aut superioritatem uendicare presumant. Ac districte inhibuit, ne quispiam absq sedis apostolice speciali commissione/aut authoritate in personas domos & loca dicti ordinis (ut pote prorsus exempta) aliquas censuras uel sententias specialiter uel generaliter promulgare audeat &c. B.fo.60. Et ffo. 144. conce.347. 4 Diocesani.

¶ De hoc habetnr etiam late in mari magno Carmelitarum ffo.161. conce.384. Et ffo.187. conce.479. Et in mari magno predicatorum ffo.239. conce. 570. Et in mari magno Augustinensium ffo.248. conce.62c. Collector Pro omnibus mendicanti.

CONVENTIONES.

ALEXANDER.4. irritauit ac nullius existere firmitatis decreuit omnes conuentiones obligationes compositiones & pacta que fratres mi. (etiam si sint guardiani uel custodes) fecerint contra predicti ordinis statuta uel consuetudines absq generalis uel ministrorum prouincialium licentia & assensu. b.fo. 27. Et ffo.26.conce.17. 1 Custodes Guardiani.

HONORIVS.4. decreuit irrita & inania pacta que 2

Ministri prouin. cunq̃, que fratres minores (etiam si sint ministri prouinciales) in receptionibus locorum & domorũ eiusdem ordinis cum prelatis rectoribus & clericis ecclesiarum in quarum teritorio domus & loca predicta cõ- Minister generalis. stituut (si absq̃ licentia generalis ministri uel capituli etiam generalis) inire presumpserint in preiudicium dicti ordinis. B. fo. 48. Et. ffo 132 conce. 297.

Capitulũ generale uel ꝓuinciale. LEO. 10. in concilio Lateranensi statuit, q̃ pacta & conuentiones inter fratres & prelatos accuratos pro tempore inita ualeant, nisi per subsecutum capitulum proximum generale uel prouinciale refutata & per eos refutatio huiusmodi intimata debito tempore fuerit. B. fffo. 26. conce. 75.

CONVENTVALES FRATRES.

Collector ¶ Omissis q̃ plurimis que de fratribus minoribus cõuentualibus fuerunt statuta & ordinata per multos summos pontifices presertim postq̃ per concilium Constantiense fuerunt segregati ab eis fratres eiusdẽ ordinis regularis obseruantie usq̃ ad ultimum capitulum generalissimum Rome celebratum tempore Leonis decimi, ubi translatum fuit officium ministeriatus & omnis preeminentia ordinis ad fratres mi. obser. solum ponentur in hoc compendio ea que in predicto capitulo generalissimo per prefatum Leonẽ decimum fuerunt quo ad huiusmodi conuentuales ordinata, nam fere omnia alia antiquitus circa illos statuta iam sunt superuacua, exceptis duabus cõcessionibus q̃ habẽtur supra in dictiõe Apostate. §. 15. & 16.

Licentiare frẽs. Capitulũ prouĩcia. LEO. 10. statuit in bulla unionis q̃ de cetero nullus frater reformatus possit per quemcunq̃ prelatum ordinis (etiam ministrum generalem) mitti ad morandum ad aliquem conuentum non reformatum aut pro reformato non habitum. s. conuentualium, excepto q̃ si capitulis prouincialibus uidebitur minus malum aliquem fratrem licentiare ad nondum reformatos q̃ ipsum cum reformatis retinere, tali casu possint prelati mittere fratrem seu fratres reformatos ad

nondum reformatos. Et inhibuit sub pena excommunicationis late sententie omnibus & singulis conuentualium secundum priuilegia uiuentiũ platis ac subditis, ne aliquẽ ex pfatis reformatis (nisi modo pdicto) recipere audeant. Similiter & dictis reformatis fratribus sub eadẽ pena phibuit, ne ab obedietia suorũ ministrorũ ullatenus q̃ mõ pdicto recedãt. B. fffo. 30. cõce. 100. Excõicatio.

Aduerte circa predicta de licentiandis seu mittendis aliquibus fratribus de obseruantia ad conuentuales, q licet hic concedatur uel potius permittatur, nõ tamen est tutum sic facere (prout in capitulo generali Meclinensi) ubi fuit electus Reuerendus Pater clare memorie Oliuerius Maillardi determinatum est sub sequentibus uerbis. Collector

Declaratur q fratres familie obseruantie non possunt salua conscientia & quantũcunq discoli fuerint licentiari ut conuentualibus se subijciant (etiam si in obseruantia stare noluerint) sed a suis insolentijs coerceantur penis debitis usq ad carceres. Professi autẽ sub conuentualibus & postea nobis adiuncti cum a suis insolentijs resipiscere noluerint & licentiam postulauerint licentiari possunt, dummodo in obseruantia sub conuentualibus predictis stare uoluerint, alias non. Habetur hoc statutum fo. 228. tractatu. 3. Et ffo. 247. tractatu. 2. Statutum ca. gene. Nota.

2 Idem Leo precepit generali & prouincialibus ministris sub excõmunicationis late sententie pena, ne directe uel indirecte procurent malitiose q domus & loca fratrum conuentualium seu monasteria monialium cure magistri generalis conuentualium huiusmodi subiecta eis quoquomodo auferantur decernẽs q quicquid in contrarium attentatum fuerit sit eo ipso irritum & inane. B. fffo. 32. conce. 108. Reformatio. Excõicatio.

3 Idem Leo statuit q nulla domus seu conuentus fratrum minorum conuentualium possit transferri ad obedientiam fratrũ obseruantie in qua fuerint minus q̃ decem fratres, sed si fuerint plures. s a decem usq ad uiginti non possit etiam transferri nisi tres partes fratrum talis domus consenserint. Si autẽ fuerint

Refor. cōuentuū. a uiginti & supra usq ad quemcunq numerum, nequeant etiam reformari nisi due partes predictorum fratrum consentiant. Et uoluit q in quocunq prefatorum duorum casuum minister generalis & prouinciales possint (quacunq conditione non obstante) domos fratrum conuentualium & illarum fratres huiusmodi libere & licite recipere. B. fffo. 32. conce. 110.

4 ¶ Idem Leo concessit singulis fratribus conuentualibus ad generalem & prouinciales ministros transire uolentibus, ut ab eorum superiore prius petita, licet non obtenta licentia liberam transeundi licentiam & facultatem. B. fffo. 32. conce. 111.

Licentia.

5 ¶ Idem Leo statuit, q illi ex fratribus conuentualibus qui uitam reformatam sub generali seu prouincialium magistrorum cura ducere uoluerint sub eorum regimine permanere possint dummodo aliquo signo notabili distinctiuo distinguantur & discernantur ab obseruantibus qui uitam regularem sub generali seu prouincialibus ministris ducunt, prout generalis minister & magister inter se conuenerint. B. fffo. 32. conce. 112.

Reformatio fratrū cōuentualium.

6 ¶ Idem Leo statuit qualiter fratres mi. conuentuales se debeant habere cum fratribus obseruan. eiusdē ordinis in processionibus & alijs locis publicis, prout habere infra in dictione Processiones. §. 3. & 4.

Processiones.

7 ¶ Idem Leo motu proprio mandauit in uirtute sancte obedientie ac sub excommunicationis late sententie & priuationis officiorum penis ipso facto incurrendis generali & prouincialibus magistris predictorum fratrum conuentualium, quatenus dictos subditos suos moneant & compellant ne predicent aut disputent uel maledica uerba iactare presumant contra decreta & ordinata per ipsummet Leonem in capitulo generalissimo Rome ultimo celebrato. s. in bullis unionis & concordie. B. fffo. 35. conce. 120.

Prohibitio. Excōicatio.

8 ¶ Idem Leo precepit uniuersis & singulis patriarchis archiepiscopis & episcopis in uirtute sancte obedientie ac sub pena interdicti ingressus ecclesie ac suspensionis a diuinis, inferioribus uero prelatis sub ex

communicationis

communicationis late sententie penis ipso facto incurrendis a quibus non nisi per romanum pontificem (preterq̄ in mortis articulo) possint absolui, ut quoties a fratribus regularis obseruātie requisiti fuerint, moneant per eorum litteras patentes predictos fratres conuentuales sub pena amissionis priuilegiorū eis per dictam bullam concordie concessorū, ut predictam bullam concordie ac omnia & singula in ea contenta cum effectu obseruent, & ut in euentum in quem eis constiterit eos contrauenisse declarent eos penam priuationis huiusmodi incurrisse. Ac ex tunc fratres ipsos conuētuales omnimode subiectioni correctioni & obedientie generalis & prouincialium ministrorum in suis prouincijs respectiue perpetuo (iuxta formam litterarum capituli generalissimi) subiectos esse, inhibendo tam generali q̄ prouincialibus magistris, ne de dictis fratribus cōuentualibus uel eorum domibus & locis ullatenus (nisi quantum a ministris generali & prouincialibus illis fuerit cōcessum) se intromittant ullo modo. Qui quidem ministri generalis & prouinciales ad omnimodam dictorū conuentualium reformationem etiam per fauores regū & principum & cōmunitatum insudare teneantur, bonis tamē imobilibus dictorū conuentuū per generalē & prouinciales ministros reformādorū pro una quarta ecclesie cathedrali seu diocesi in qua dicti cōuētus siti fuerint pro duabus uero in expeditionem cruciate contra infideles pro reliqua autē quarta partibus in reparationem dictorū conuentuū (ipso facto quo ad obedientiam dictorum ministrorum reducti fuerint) per eos applicatis B fffo. 39. conce. 127.

Excōmunicatio. Concordia. Reforma tio. Bona immobili.

¶ Vide aliquid tangens conuentuales fratres infra in dictione Eleemosynas. §. 5. & .9. s. qualiter eis prohibitū sit ne petant eleemosynas sub nomine obseruātiū.

¶ Vide ēt qualiter fratres cōuētuales possint puniri a fratribus obseruātibus. ij. in dictione Correctio. §. 11. Collector

¶ Item qualiter fratres conuentuales qui prius fuerunt de obseruantia nequeant succedere suis proquinquis, uide infra in dictione Heredes. §. 5. & .6.

1 Generalis minister. INNOCENTIVS .4. statuit seu concessit, ut uniuersos fratres minores/qui morãtur in obsequijs aliquorum(illis dũtaxat exceptis/qui fuerint ad legatorum sedis apostolice seruitia deputati)possit & ualeat generalis dicti ordinis libere uisitare/corrigere/& amouere/ac alios pro eis substituere, prout secũdũ deum uiderit expedire/non obstãtibus literis seu indultis sedis apostolice quibuscũq. B.fo.29. Et ffo.113. conce.245.

2 Ministri prouin. ALEXANDER .4. concessit / q si aliqui fratres mi. assignati fuerint a sede apostolica archiepiscopis uel episcopis/possint mini[stri] & eorũ uicarij eos corrigere/& ad ordinẽ reuocare. Et q non teneantur prelati ordinis aliquos fratres assignare predictis episcopis seu archiepiscopis uirtute quarũcunq litterarum apostolicarum non facientium expressam mentionẽ de istis. b. fo. 24.

3 Generalis & prouin. ministri. CLEMENS .4. statuit q generalis & prouinciales ministri & eorum uicarij illos ex fratribus minoribus de quibus authoritate litterarum sedis apostolice uel legatorũ ipsius/archiepiscopis uel episcopis, & alijs quibuscunq prouisum fuerit/corrigere possint, ac ẽt (non obstante contradictione aliqua) eos ad ordinem suum reuocare. Et q nec per litteras eiusdẽ sedis/aut legatorum ipsius aliquos de fratribus predictis teneãtur prelati ordinis archiẽpis & ẽpis/aut alijs personis in socios deputare, nisi dicte littere de indulto huiusmodi & ordinatione expressam facerent mentionem, ac alias id honestati ordinis & saluti illorum uiderint expedire. B. fo. 57. & ffo. 151. conce. 324.

Collector ¶Idem habetur in mari magno Carmelitarum ffo. 185. conce. 467. Et in mari magno predicatorum. ffo. 237. conce. 552.

4 De apostatis. ¶Idem Clemens statuit qualiter generalis & prouinciales ministri possint/& debeãt corrigere fratres apostatas, ut habetur. s. in dictione Apostate. §. 8. & 9.

5 GREGORIVS .11. statuit qualiter omnes & singuli fratres ordinum mendicantium/qui fuerint ca-

pellani sedis apostolice/possint corrigi per superiores dictorum ordinum,prout habetur in dictione Exempti fratres.§.2.uide ibi.

BONIFACIVS .8.cōcessit/ut prelati ordinis mi. ad correctiones & punitiones fratrum eiusdem ordinis delinquentium infligendas/ad quos eedem specta re noscuntur(rimulis & apicibus iuris postpositis)libere procedere ualeant secundum consuetudines approbatas/& generalia statuta ipsius ordinis facta & facienda. Ac insuper uoluit non licere predictis fratribus ab eisdem correctionibus & punitionibus aliquatenus appellare/preuia tamen in hoc deliberatione/ac maturitate debita obseruatis.B.fo.125.Et ffo.202. conce.499. 6 Prelati. Appellare.

¶Idem Bonifacius statuit qualiter fratres minores apostatantes debeant corrigi/ut habetur supra in dictione Apostate.§.13. 7

EVGENIVS.4.& Pius.2.ordinauerunt aliqua circa correctiones fratrum minorum/tam conueutualium ꝗ obseruantium, prout positum est in dictone Apostate.§.152.Et quo ad carmelitanos.§.16.ubi.s. 8

NICOLAVS.5.concessit ministro generali pro tempore existenti/ꝙ omnes & singulos fratres siue in monasterijs monialium/siue in alijs domibus/conuentibus/heremitorijs/& locis dicti ordinis cōmorantes/etiam ab obedientia/uisitatione/& correctione dicti ministri per specialia sedis indulta se exemptos esse(preter regule & statutorum dicti ordinis formam)pretendentes/non obstantibus quibuscūq; priuilegijs/exemptionibus indultis/& litteris apostolicis eis/eorumq; monasterijs/siue domibus/conuentibus/locis prefatis & heremitorijs per sedem apostolicam in genere uel in specie concessis/de quibus in his litteris habenda esset mentio specialis/possit iuxta constitutiones & regularia instituta antiqua dicti ordis corrigere/uisitare/punire/& emēdare,ac in criminibus grauioribus,si res ipsa exegerit(cum moderamine tamen)torture subijcere possit & ualeat dictus minister generalis.b.ffo.47.conce.50. 9 Generalis minister. Exempti fratres. Torquere fratres.

Inquisitores hrsis Pra fribus pdi.& mi.

10 SIXTVS.4.statuit in bulla aurea, q magister generalis predicatorum & minister generalis fratrum mi. possint gesta per fratres suorum ordinum respectiue, qui sunt inquisitores heretice prauitatis examinare, & querelas contra illos propositas audire, ac super illis quantum eis iustum & equum uidebitur statuere & ordinare. Et si eos in aliquo deliquisse inuenerint, illos iuxta excessuum exigentiam, etiam per eorum ab officio amotionem ac alias corrigere & punire. B. fo.66. Et ffo.149. conc e.366.

Partic. pro hispa.

Cōtra cōuentuales fratres studentes.

11 INNOCENTIVS.8.cōcessit uicario generali fratrum ordinis predicatorum de obseruantia congregationis prouincie hispanie q correctio fratrū dicte congregationis undecunq ad terminos presidentiū conuentuum reformatorum uenientium iuxta constitutiones dicti ordinis fieri debeat, & ad eosdem presidentes pertineat, Non obstantibus quibuscunq priuilegijs indultis & litteris apostolicis scholastico & uniuersitati Salmantine ac quibuscunq uniuersitatibus per sedem apostolicam concessis, que aduersus presentes noluit in aliquo suffragari posse, dūmodo propter correctiones huiusmodi faciendas studiū fratrum corrigendorū nō impediatur. b. ffo.76. cōc.194.

Collecta. Nota.

¶Hec concessio deseruit etiam fratribus mi. partiū hispaniarum, ut uirtute cōmunicationis priuilegio⁊ de qua supra in dictione Cōmunicatio priuileg. §.10. possint similiter corrigere fratres eiusdem ordinis, presertim Salmantice & cōpluti, ubi causa studij sunt fratres conuentuales.

Excōmunicatio.

12 ALEXANDER.6.concessit q non obstante capitulo uniuersitatis de sententia excōmunicationis prelati nostri possint percutere per alium (causa correctionis) & non cogantur cum propria persona, etiam si necessitas non urgeat. o ffo.70. cōce.375. Et ffo.99. conce.359.

13 LEO 10.concessit idem quod Alexander prefatus, & adhuc clarius. s. ut quando aliquem fratrem causa correctionis uel absolutionis oportet uerberare possint prelati ordinis mi. de obseruantia & corū cōmissarij

manu uicarij uel cuiusuis alterius fratris subditi eum uerberare seu disciplinare, nõ obstante capitulo Vniuersitatis de senten. excõmu. o. fffo. 93. conce. 292.

CORPORALIA.

CALIXTVS. 3. cõcessit ꝙ fratres minores laici possint tangere & lauare corporalia. o. fffo. 101. conce. 398. 1

¶ Vide aliã concess. prefati Calixti in dictione Ornamenta ecclesiastica §. 3. Collector

SIXTVS. 4. concessit ꝙ omnes fratres clerici & laici possint tangere sine scrupulo conscientie calices & corporalia & alia paramenta cum reuerentia tamẽ. o. fffo. 97. conce. 363. 2 Fratres laici.

¶ Idem Sixtus concessit omnibus monialibus sante clare ac sororibus tertij ordinis cure fratrũ mi. cõmissis ꝙ possint tangere & lauare sacros pannos exceptis corporalibus. Et postmodũ idẽ Sixtus cõcessit, ut oẽs sorores suprascripte sub clausura & cõgregatione uiuẽtes etiã corporalia & purificatoria tangere possint, dũmodo fuerint lota a fratribus. o. fo. 62. Et ffo. 76. conce. 98. Et fffo. 95. conce. 318. 3 Pro monialibus.

¶ Qualiter prelati ordinis mi. quãdoꝙ aliqui alij fratres possint bñdicere corporalia uide supra in dictione Benedicere. §. 1. & 7. & 8. & 11. Collector

CREDO.

SIXTVS. 4. concessit ꝙ fratres mi. possint dicere credo in solẽnitatibus sanctorũ sui ordinis & sante Clare. o. fo. 63. Et no. 66. cõc. 118. Et fffo. 96. cõc. 329. 1 Pro sanctis ordinis.

¶ Idem Sixtus concessit, ꝙ predicti fratres possint dicere credo in octaua beati Francisci. o. fo. 63. Et ffo. 68. conce. 133. Et fffo. 200. conce. 180. 2

¶ Attamen utrum hec concessio debeat intelligi tñ de die octauo uel de omnibus diebus infra octauam dubium uidetur, saluo tamen meliori iudicio posset dici ꝙ de omnibus diebus infra octauam intelligen- Collector

da sit, nam non reperitur ꝙ aliquando secundū usum Romanum dicatur credo in die octauo alicuius festiuitatis ratione eiusdem festiuitatis, & ꝙ non dicatur in alijs diebus infra octauam.

CRVCIATA.

1 Ministri genera. & prouin. CLEMENS.4. statuit ꝙ fratres mi. qui ad predicandum crucem/seu cruciatam/seu ad alia huiusmodi negocia fuerint a sede apostolica deputati/possit generalis minister remouere/seu reuocare & penitus transferre, ipsisq; ꝙ supersedeant iniungere, aliosq; substituere cum expedire uiderit, & in eos si contra uenerint/censuram ecclesiasticam exercere. Ac ꝙ/quilibet minister prouincialis/uel eius uicarius eiusdem ordinis/ipsum possit in sua prouincia circa fratres suos/quibus ab eadem sede similia contigerit committi, non obstantibus aliquibus litteris uel Indultis apostolicis, que de hoc non fecerint mentionem. B. fo. 57. Et ffo. 141. conce. 326.

2 Absolutio INNOCENTIVS.8. declarauit fratres mino. non posse nec debere eligere confessores uirtute bulle cruciate &c. ut habetur late supra in dictione Absolutio ordinaria quo ad fratres. §. 12.

3 Absolutio LEO.10. prohibuit & declarauit/ꝙ nullus fratrum mino. regularis obseruātie possit accipere bullas cruciate &c ut supra est positum in dictione Absolutio ordinaria quo ad fratres. §. 17. &. 38. uide ibi & nota bene.

4 Cōtra cōmissarios cruciate. Excōmunicatio. ¶ Idem Leo motu proprio & ex certa scientia precepit uniuersis & singulis cuiuscunq; cruciate commissarijs pro tempore existētibus/& alijs quibusuis personis quacunq; etiam archiepiscopali & episcopali dignitate fulgentibus/in uirtute sancte obedientie/ac episcopis & superioribus sub prohibitione ingressus ecclesie alijs uero sub excōmunicationis late sententie ac priuationis officiorum suorum & inhabilitatis ad illa & alia imposterum obtinenda penis (ipso facto absq; ulteriori declaratione) incurrendis, ne de cete

ro perpetuis futuris temporibus aliquos fratres ordinis min. de obser. extra eorum conuentus seu domos sine suorum superiorum & prelatorum expressa licētia extrahere, seu ad predicandum cruciatā, aut quascunq3 alias indulgentias seu litteras apostolicas destinare, aut alterius facultatis pretextu molestare perturbare aut inquietare, seu a predictis fratribus aliquid exigere, uel gratias facultates aut libertates seu indulgentias & peccatorum remissiones eis necnon monialibus sancte Clare tam prime ꝗ secunde regule, ac tertij ordinis beati Francisci sororibus sub obedientia prelatorum dicti ordinis minorum degentibus sine illorum licentia concedere aut impartiri. B. fffo. 48. conce. 144. Pro monia. & tertiarijs.

¶ Idem Leo precepit fratribus & monialibus ac sororibus prefatis, ne gratijs indulgentijs libertatibus immunitatibus quę in bullis cruciate, aut alijs consimilibus continentur, quouis quesito colore contra obedientiam ordinis predicti, sine speciali licentia suorum prelatorum ullo modo uti (sub excommunicationis late sententie pena) presumant. B. fffo. 48. conce. 144. 5 Prohibitō Excōmunicatio.

¶ Aduertendum est circa predicta, ꝙ cum per bullas cruciate uel alias similes concedatur omnibus christi fidelibus confessionale perpetuum, ut de non reseruatis pape possint toties quoties uoluerint absolui ꝑ confessorem quēcunq3 ad libitum eligendum merito querendum uidetur, utrum religiosi sine licentia suorum prelatorum possint predictas bullas accipere, & concessionibus seu facultatibus in eis contentis uti. Collector Questio.

¶ Ad hoc autē prelati religiosorū & omnes zelūres religionis habētes dicunt ꝙ non & rationem assignant, Quia neq3 est nec esse debet intentio pōtificis aliquid concedere unde ordinis disciplina collabi contingat, presertim cū prohibitum sit per litteras apostolicas & per regulas ac statuta religionum, ne fratres confiteri possint peccata sua ꝑsonis extra suum ordinē sine licentia suorū prelatorum. Item quia si hoc liceret fratribus, quodāmodo eximerētur ab obediētia ꝑlatorū Prima responsio.

suorũ confitendo peccata sua cui uellent. Eximerētur etiam a uoto paupertatis procurando pecunias ad contribuēdum pro huiusmodi bullis sine licētia, immo contra obedientiam prelatorum & contra suum uotum, in quo pape non licet dispensare, prout ad literam dicit. c. Cum ad monasterium, de statu regu. Etiam ex his daretur occasio fractiōis tertij uoti. s. castitatis, prout experti dicere possunt.

Scđa rñ. ¶ Attamen alij uolunt contrariam partem rationibus apparentibus munitam defendere, precipue quia aliquando in predictis bullis cōtinetur ꝙ illas possint accipere religiosi etiam sine licentia suorũ prelatorũ.

Vltima rñsio. ¶ Ad questionem respondetur ultimate, ꝙ etiam si huiusmodi bulle in hoc nō essent subrepticie sicut sũt prout pontifices postea declarant dicentes nunquam talem intentionem habuisse, cum non solum generaliter sed nec alicui in particulari talia concederentur, uidelicet ꝙ aliquis spreta regulari disciplina & paupertatis uoto quereret pecunias ad contribuendum & accipiendum predictas bullas absq; particulari necessitate pro qua non esset ordini concessa facultas, adhuc non possent per ipsas absolui sine licentia suorũ prelatorũ, cum non possint dicere ꝙ hoc ibi expresse fratribus concedatur. Et propterea prelati ad obuiandum malitijs & proteruitatibus aliquorum, statim cũ talis cruciata uel similes bulle publicantur recurrunt ad pontificem, ut declaret religiosos uti predictis nō posse sine licentia prelatorum. Et ita factum fuit tempore Sixti. 4. Innocentij. 8. Alexandri. 6. Iulij. 2. Et Leonis. 10. prout in libris ordinis patet. Et adhuc aliqui predictorum pontificum dixerunt expresse, ꝙ nunꝙ habuerunt intentionem ꝙ fratres sine licentia prelatorum accipere possent predictas bullas, & minus ꝙ ipsis uterentur Quinimmo imposuerunt censuras religiosis maribus & feminis ne talibus uterentur, sicut fecit Leo. 10. ubi patet supra. §. 5.

Cōfirma. rñsio supra scrip. ¶ Et in tantum est hoc uerum quo ad fratres mi ꝙ licet alij religiosi (forte de licentia suorum prelatorum) possint predictas bullas accipe & eleemosinā ꝓ ipsis accipiēdis ꝓcurare

ftes tñ mi. cũ sit eis strictissime sub pcepto phibitũ, ne pecunias uel denarios recipiãt aut pcurẽt, nisi p ueris & certis necessitatibus, nisi sibi occurreret aliqua talis necessitas, cui subleuande non sufficerent priuilegia ordinis, nullo modo ualerẽt nec licentia prelatorum sufficeret, ut possent procurare pecuniam ad accipiendam bullam. Et ita declarauit Leo. 10. O. ffo. 60. conce. 178. dicens, q in casu talis necessitatis de licentia prouincialium & custodum possint fratres accipere dictas bullas, Qui quidem prouincialis & custos debet examinare predictam necessitatem an sit talis q in ipsa possit dispensari. Nam licet solum regula concedat facultatem querendi pecuniam pro fratribus induendis & infirmis curandis &c. satis infirmus est qui habet anime egritudinem non possibilem aliter curari q̃ per bullam. Non tamen propterea negatur, quin pontifex posset bene informatus concedere alicui religioso, ut confiteretur cui uellet, tamen dico q per generalem concessionem nunq̃ hoc intendit facere, cum uelit conseruare religiones & non destruere. Et si dubitas de hoc dico tibi q hoc sufficit ut accipias partem securiorem, prout dicit glo. in capitulo unico. de scrutinio & ordine faciendo &c. iuuenis de sponsalibns. Et ideo non committas te periculo in his presertim que animam tangunt.

CVSTODES.

CLEMENS. 4. statuit in mari magno, q custodes & guardiani qui secundum statuta ordinis fratrum mi. aliter q̃ per electionem instituuntur post ipsam institutionem seu prouisionem de ipsis factam curam animarum fratrum sibi subditorum ipsius ordinis habeant, ipsosq; ligare ac soluere possint iuxta ipsius ordinis instituta. B. fo. 56. Et ffo. 139. conce. 309. ¶ Circa prefatam concessionem uide supra in dictione Absolutio ordinaria quo ad fratres post. §. 3. a Collector

NICOLAVS. 4. statuit & declarauit, ut cum electio generalis ministri fuerit facienda custodes uniuf-

Pro ele-ctione generalis ministri. cuiusq; prouincie unum ex seipsis constituant, ac ei suas uices committant, ipsumq; ad locum in quo electio eadem fuerit celebranda transmittant. Et q; is qui sic ab ipsis custodibus constitutus extiterit unam uocem duntaxat pro se & eis omnibus habeat & intelligatur habere, ac pro una uoce tantummodo ab alijs admittatur. Hoc autem uoluit ita obseruari, etiam si custodes alicuius prouincie sint presentes in huiusmodi generali capitulo, ubi electio generalis debeat celebrari. b. fo. 31. Et ffo. 32. conce. 32.

Collector 3. ¶ Aduerte q; huiusmodi statutum iam uacat propter statutum Leonis. 10. inferius annotatum.

LEO. 10. In bulla unionis statuit, q; electio ministri generalis que secundum regulam a ministris prouincialibus & custodibus fieri debet libere & absq; ullo scrupulo celebretur per prouinciales & discretos fratrum de familia, seu de obseruantia, quos ueros ministros esse ac discretos ipsorum similiter ueros esse custodes declarauit. B. ffo. 29. conce. 94.

DARE.

1 NICOLAVS. 3. statuit seu concessit in declaratione regule que incipit. Exijt qui seminat &c. q; de rebus nobilibus uel parum ualentibus liceat fratribus minoribus pietatis seu deuotionis intuitu uel pro alia honesta & rationabili causa obtenta super hoc prius suorum superiorum licentia iuxta quod inter fratres in generali uel prouincialibus capitulis tam de ipsis rebus uilibus seu parum ualentibus & earum ualore q; etiam de prefata licentia. s. a quibus & qualiter sit habenda extiterit ordinatum intra & extra ordinem alijs elargiri. B. fo 5. tracta. 2. Et ffo. 10. tracta. 2.

Pauptas.

Pro rebus uilibus.

2 LEO. 10. supradictam concessionem ampliando concessit, q; non solum generalis & prouinciales ac custodes in suis capitulis, sed etiam ipsi ac eorum generales commissarij extra capitula possint arbitrari que res debeant uiles & parui ualoris reputari ad hoc ut res huiusmodi possint dari intra & extra ordinem & suis subditis ad dandum & recipiendum licentiam

Pauper. Ampli. cōcess. supra scrip.

concedere, prout eis secundum deum uidebitur expedire. O. ffo. 59. conce. 175.

¶ Aduertendum quod in capitulo generali Meclinensi facta est circa predicta sequens determinatio. Collector

¶ Item quod fratres nullo modo secundum intentionem regule aut declarationes summorum pontificum possint dare aliqua quantumcunque uilia alijs siue fratribus siue secularibus, nec recipere alia absque licentia suorum prelatorum. Habetur hoc fo. 228. tractatu. 3. Et ffo. 246. in. 2. tractatu. Statutum ca. gene.

DECIME.

CLEMENS. 4. concessit fratribus mi. ut de hortis & uirgultis suis nulli decimam teneantur exhibere, ac districte inhibuit, nequis ab eis de premissis aliquid exigere uel extorquere presumat. B. fo. 58. Et ffo. 141. conce. 334. ¶ Vide infra § 6. declarationem Sixti. 4. & ampliationem eiusdem. 1 Collector

BONIFACIVS. 8. concessit uniuersis & singulis abbatissis & conuentibus monialium inclusarum s. Clare, ut ad prestationem decimarum de quibuscunque possessionibus & omnibus alijs bonis que habuerint uel ad contribuendum in procurationibus quorumlibet ordinariorum ac etiam legatorum & nunciorum sedis apostolice & quibuslibet talijs & collectis & ad exhibendum pedagia telonea & alias exactiones quibusuis regibus & principibus seu alijs personis minime teneantur, nec ad id compelli aliqualiter ualeant. B. fo. 38. Et ffo. 122. conce. 267. 2 Pro monia. sancte Clare.

¶ De hoc uide amplius infra § 8. & 9. Collector

EVGENIVS. 4. dedit plenissimam exemptionem monialibus sancte Clare, dicitque ibi inter alia, quod uult illas esse liberas ab omni decimarum subsidiorum/ gabellarum & aliorum huiusmodi solutione & contributione. b. ffo. 41. conce. 46. 3 Pro monia. sancte Clare.

¶ Idem Eugenius contulit aliam plenissimam exemptionem a decimis &c. fratribus & monialibus ordinis predicatorum inserendo bullam Martini. 5. Et Bonifa- 4 Pro fratri. & mo. ordi. predi.

aut ipsarum terrarum & possessionum coloni seu cul tores ob solutionem decimarum primitiarum aut census huiusmodi per quempiam molestari possint, aut propterea contra eos procedi & pene alique pro mulgari ualeant. Ac insuper decreuit irritum & inane quicquid secus super his a quoq; quauis auctoritate scienter uel ignoranter contingat attentari,, Non ob stantibus constitutionibus &c. B. fo. 35. Et ffo. 118. con ce. 258.

LEO. 10. approbauit & innouauit quasdam litteras Alexandri. 6. qui latissime concesserat monialibus. s. Clare exemptionem a solutione decimarum &c. ut supra, ac insuper uoluit ut predicte moniales & soro res tertij ordinis in congregatione sub cura & regimi ne fratrum minorum regularis obseruantie uiuentes ac illarum monasteria domus & loca quecunq; quorũ fructus redditus & prouentus pro monialium & so rorum ac aliarum personarum in illis pro tempore degentium commoda sustentatione nõ sufficiunt ad solutionem cuiusuis decime seu taxe uel collecte aut exactionis per sedem apostolicam uel eius legatos seu nuntios aut quoscunq; alios quauis auctoritate fun gentes pro fidei tuitione seu expeditione contra tur cas uel recuperatione terre sancte aut quauis alia ur gentissima causa imposite (etiam pretextu quarum uis censurarum & penarum ecclesiasticarum in litte ris exactionis huiusmodi appositarum) cogi aut com pelli nequeant, Et hoc uoluit districte obseruari sub pena excommunicationis, quam contra facientes ip so facto incurrant, & a qua non nisi per romanum pon tificem pro tempore existentem absolui possint. Ac decreuit irritum & inane, si secus super his a quoq̃ qua uis auctoritate scienter uel ignoranter contigerit at tentari. B. ffo. 48. conce. 143.

Pro mo nia. s. Cla re & tertia rijs.

Excõica tio.

¶ Idem Leo approbauit ac de nouo concessit priui legium Eugenij. 4. & Sixti. 4. per quod moniales s. Cla re eximuntur plenissime a solutione decimarum sua rum terrarum & possessionum etiam illarum quas per colonos faciũt cultiuari, ac etiam a gabellis & pe

Pro mo nia. sancte Clare.

dagijs ut supra positum est in §.7.&.8. Super quo etiã dat conseruatores omnes prelatos ecclesiasticos B. fffo.44.conce.140.

10 Denega. absolu. ¶ Idem Leo in concilio Lateranensi statuit, q fratres confessores teneantur hortari & monere (etiam sub onere conscientiarum suarum) illos quorum confessiones pro tempore audierint cuiuscunq status & cõditionis fuerint ad soluendum decimas siue aliam bonorum suorum seu fructuum quotam in locis in quibus decime ipse aut similia solui consueuerũt ipsisq illas soluere recusantibus absolutionem denegare, & q super hoc requisiti, id populo etiam publice predicare & persuadere teneantur. B.fffo.26.conce.82.

DECLARARE ET DETERMINARE.

1 De rebus uilibus. NICOLAVS.3. qualiter cõmisserit declarationẽ rerũ uilium & parui ualoris ad hoc ut fratres minores intra & extra ordinem possint illas dare & quomodo Leo.10. ampliauit huiusmodi concessionẽ positũ est supra in dictione Dare.§.1.&.2. uide ibi.

2 Cap. generale. Ieiunium. EVGENIVS.4. concessit capitulo generali fratrũ mino. facultatem ordinandi & declarandi in quibus locis & prouincijs fratres debeant ieiunia regule in cibis quadragesimalibus obseruare, & in quibus debeant patrum consuetudines imitari uel aliter se habere B.fo.28. Et fffo.112.concessione.242.

3 Pro fratri. predica. Priuilegia INNOCENTIVS.8. concessit q uicarius generalis ordinis predicatorum de obseruantia congregationis hispanie cum aliqua persona in dignitate ecclesiastica constituta & duobus alijs iurisconsultis habeant auctoritatem & facultatem interpretandi dubia que occurrerint super gratijs & priuilegijs tam ordini/q̃ congregationi predictis concessis, & q fratres dicte congregationis secure possint stare declarationibus per eosdem faciendis. o.fffo.76.conce.195. Et fffo.101.conce.394.

Collector ¶ Vide circa predicta in dictione Priuilegia.§.11.

4 LEO.10. concessit q capitulum generale duntaxat

habeat auctoritatem declarandi dubia que occurrerint circa diuini officij celebrationem. O.fffo.59.conce.176. ℭ Vide suprascriptam concessionem latius in dictione Officium diuinum.§.19. Officium diuinum. 5

ℭ Idem Leo concessit ꝙ in rebus dubijs & scrupulis conscientias fratrum mi.subditorum tangentibus generalis uel prouinciales seu custodes cum consilio aliquorum patrum (si res magne importantie fuerint) possint auctoritate sue sanctitatis determinare in scrupulis & rebus huiusmodi ac ꝙ eorum determinationi subditi secura conscientia possint & debeant stare. O.fffo.59.conce.172. Scrupulosi fratres.

ℭ Vide insequenti concessione ampliationem precedentis concessionis. Collector

6 ℭ Idem Leo postea concessit ꝙ omnes fratres qui sunt nimis scrupulosi possint in omnibus dubijs suã conscientiam tam gentibus secura conscientia stare determinationi sui guardiani uel cuiuscunqꝫ alterius prelati. o.fffo.93.conce.287. Scrupulosi fratres.

7 ℭ Idem Leo ampliauit concessionem Nicolai.3.suprapositam.§.1.ut habetur late in dictione Dare.§.1.&.2. De rebus uili.

8 ℭ Idem Leo concessit ut generalis & quilibet prouincialis in suis capitulis possint declarare utrum ab usu alicuius concessionis uiue uocis oraculo facte debeant fratres abstinere &c.ut habetur late in dictione Oracula, uide ibi & bene nota in.§.3. Oracula uiue uocis.

ℭ De declarationibns ac determinationibus uarijs factis a diuersis summis pontificibns tam super regulam ꝙ super multis alijs non fit hic mentio, quia nimis longum & inutile foret omnia illa referre, & quia iuxta diuersitatem materiarum super quibus facte fuerunt sub diuersis etiam ponuntur locis seu dictionibus huius compendij. Collector

DISPENSATIO.

ℭ Distinctio materie dispensationum.

ℭ Circa ea que in priuilegijs fratrum mendicantium reperiuntur cõcessa quo ad materiam dispensationũ Collector

est aduertendum ꝙ aliqua illorum attinent solum ad personas fratrum & alia ad personas secularium quando predictis fratribus confitentur. Attinentia ad fratres pro suis personis sunt in duplici differentia, nam quedam pertinent ad dispensationem faciendam in confessionibus, & hec insimul cum concessionibus absolutionum pertinentibus ad eosdem fratres posita sunt supra in dictione. Absolutio quo ad fratres, ubicunq; in marginibus reperta fuerit hec dictio Dispensatio. Alia uero que tangunt dispensationem que fieri potest extra confessionem sacramentalem ponuntur hic infra.§.8.&.10.&.11.&.12.&.13.&.20.&.21. Aliqua autem quespectant ad moniales continentur infra.§.6.&.19. Illa uero que pertinent ad personas seculares habentur supra in dictione. Absolutio quo ad seculares.1.in.§.19. Et in dictione Absolutio quo ad seculares.2.in.§.11. Et similiter habentur nonnulla hic infra.§.1.&.2.&.16.

1 Infideles Irregularitates. GREGORIVS.9.concessit fratribus minoribus in terris quorumcunq; infidelium existentibus ut cum irregularibus possint dispensare in illis casibus in quibus solent legati sedis apostolice dispensare.b.ffo.257.conce.641.

2 Pro fratri. predica. Infideles Irregulares. NICOLAVS.4.concessit fratribus ordinis predicatorum in terris infidelium existentibus, ut possint dispensare cum irregularibus partium illarum in casibus in quibus solent legati sedis apostolice, ac etiam cum clericis ipsarum partium patientibus defectum natalium, dummodo non sint de adulterio uel incestu aut de regularibus procreati.b.ffo.262.cõce.680.

3 CLEMENS.4.in mari magno fecit optimam concessionem circa dispensationem simul & absolutionem, que posita est supra in dictione Absolutio ordinaria quo ad fratres.§.4.&.6.

4 pro fratri. predica. ¶ Idem Clemens concessit ꝙ fratres ordinis predicatorum proferentes sine scripto sententiam excommunicationis suspensionis uel interdicti, & infra mensem celebrantes (non obstante constitutione hoc prohibente) possint a magistro generali & prioribus pro-

uincialibus

uincialibus dicti ordinis dispensari imposita eis super hoc penitentia competenti. Et ꝙ si prefati prelati/in huiusmodi casu excesserint, possint a confessoribus per ipsos electis / eodem modo dispensari. b. ffo. 72. concessione 188.

EVGENIVS. 4 fecit quandam eximiam concessionem circa dispensationem & absolutionem, que posita est etiam supra in dictione Absolutio extraordinaria quo ad fratres. §. 2. 5

¶Idem Eugenius dispensauit cum monialibus sancte Clare/ac tertij ordinis sub obedientia fratrum minorum regularis obseruantie existentibus, ut solummodo teneantur ad illa ieiunia / ad que fratres dicti ordinis obseruantes obligati sunt. Item super silentio perpetuo prefatis monialibus sancte Clare in regula imposito cōcedit generali/& prouincialibus, ut cum consilio discretorum possint dispensare, ac similiter in quibuscunque alijs ꝑpetuis. b. fo. 46. Et ffo. 42 cōce. 47. 6 Pro monialibus. Ieiunium Silentiū.

¶Idem Euhenius dispensauit cum barbitonsoribus, ubi est consuetudo in abbatis & uigilijs de sero radere barbas. o. fffo. 1 o 1. conce. 400. 7

PIVS. 2. concessit/ꝙ prelati ordinis mi. de obseruātia circa subditos suos possint condescendere/seu dispensare cum debilibus & infirmis in his que nō sunt contraria regule, Et fuerunt expressi aliqui casus, ut de sotularibus in itinere/ac de equitando/licet non sit arcta necessitas/uel infirmitas. o. fo. 62. Et ffo. 65. conce. 92. Et fffo. 100. conce. 382. 8 Pro infirmis.

¶Aduertendum est circa huiusmodi concessionem ꝙ est uelut proposito seipsam falsificans, Nam primo dicit ꝙ possit dispensari in his que non sunt cōtra regulam, & postea explicat aliqua que sunt manifeste cōtra regulam. Ponit enim exemplum in equitatione & calciamentis &c. que sunt manifeste de obligatorijs, & propterea uidetur ꝙ debuit hic dici de his que non sunt contra tria substantialia uota. Vel intelligit non esse contra regulam/ quando est necessitas talis que bono modo aliter fieri non potest. Collector

SIXTVS. 4. dedit copiosam facultatem generali & 9 Irregularitas.

prouincialibus/& eorum uicarijs ad dispensandum super quibuscunq; irregularitatibus cum fratribus sui ordinis/exceptis tm̄ tribus. Vide supra in dictiõe Absolutio ordinaria quo ad fratres.§.10. Et in dictione Absolutio extraordinaria quo ad fratres.§.4.

10 ¶Idem Sixtus concessit/q; generalis & prouinciales ordinis minorum possint dispẽsare cum fratribus sibi subditis in irregularitate homicidij, dummodo tales homicide non sint certi/q; ipsi actualiter occiderunt nec pro certo sciant/q; fuerunt tales mandatores/uel auxiliatores homicidij, sic q; sine illis nullo modo fuisset tale homicidium perpetratum. o.fo.63.Et ffo.66. conce.102 Et fffo.95.conce.319.

Generalis & ꝓuinci. Irregularitas.

11 ¶Idem Sixtus concessit/q; generalis fratrum mi. habeat authoritatem dispensandi in irregularitate illorum fratrũ mi. qui in bellis/uel in alijs causis sanguinis effusionis interfuerunt, Et q; tales (si qui sunt) dũmodo alias sufficientes fuerint/ possint promoueri usq; ad sacerdotium, Et q; in casu quo aliqui propter iuris ignorantiam de tali casu non aduertẽtes promoti fuissent/possint in susceptis ordinibus ministrare. o.fo.64.Et ffo.68.conce.129.Et fffo.96.conce.336.

Generalis minister. Irregularitas.

Collector ¶Aduerte q; hec concessio uidetur solum facta pro illis fratribus qui tunc erant in predicto ordine & nõ pro futuris, & ideo non esset tutum uti illa imposterũ.

12 ¶Idem Sixtus concessit generali/& prouinciali ministris & eorum uicarijs authoritatem dispensandi cũ fratribus dicti ordinis mino. patientibus defectum natalium ex adulterio/sacrilegio/incestu/& quouis alio nephario & illicito coitu prouenientem, Necnon cũ his qui ex quauis causa (preterquam homicidij uoluntarij/bigamie/& mutilationis membrorum) irregulares forent, postquam ordinem ipsum professi fuerint, dispensare/ut defectu & irregularitate huiusmodi non obstantibus/irregulares ipsi ad quoscunq;/etiã sacros ordines promoueri/& in illis/etiam in altaris ministerio ministrare, Et q; tam ipsi irregulares/q̃ defectum natalium patientes predicti ad quascunq; administrationes & officia dicti ordinis eligi / recipi/ &

Generalis & ꝓuincia. Promotio ad sacros ordi. & ad ꝓlaturas.

assumi, illaq3 gerere/& exercere libere & licite ualeāt. B.f.61. Et ffo.144. conce.352.

¶ Aduertendum est circa predicta de habilitatione fratrum defectum natalium patientiū, ut possint assumi ad prelaturas ordinis, ꝙ in statutis generalibus totius obseruantie in capitulo generali Burgensi ultimo apostolica authoritate editis continetur sequens statutum. Collector

¶ Fratres patientes defectus natalium non fiant prelati in ordine nostro/uel uicarij ordinarij, ita ꝙ oporteat eos tenere capitulum. Nec fiant uisitatores ordinis nostri/aut sororum sancte Clare, nisi cum eis fuerit per capitulum generale/seu cōmissarium generalem dispensatum, Nec predicta dispēsatio in predictis sortiatur effectum, donec sub sigillo autentico prouincialis ministri fuerit certitudinaliter declarata. Statutum gene.

¶ Idem Sixtus concessit magistro generali & prioribus prouincialibus & conuētualibus/ac eorum uicarijs ordi. predicatorum defectum natalium ex adulterio/sacrilegio/incestu/& quouis alio nephario & illicito coitu prouenientem patientibus, necnon cū his qui ex quauis causa (preterquā homicidij uoluntarij/bigamie/& mutilationis membrorum) irregulares forent/dispensandi cum dicti ordinis predicatorū professoribus/postq̄ ipsum ordinem professi fuerint, ut defectu & irregularitate huiusmodi non obstantibus irregulares ipsi ad quoscunq3 etiā sacros ordines promoueri, & in illis etiam in altaris ministerio ministrare. Et ꝙ tam ipsi irregulares q̄ defectum natalium patientes predicti ad quascunq3 administrationes/& officia eligi/recipi & assumi/illaq3 gerere libere & licite ualeant. B. ffo.240. conce.575. 13 Ex priui. fra. predi.

INNOCENTIUS. 8. dispensauit cū toto ordine fratrū mi. ꝙ postq̄ fratres hmōi attigerint uigesimū ter tium etatis annū (dū tamē sufficientes sint) possint ꝓmoueri ad sacerdotiū & missas celebrare/nō obstāte iure/ceterisq3 in contrariū facientibus. o. fo.65. Et ffo. 69. conce.147. Et fffo.99. conce.356. 14 Sacerdotium.

¶ Aduerte ad ꝓposita in fine sequentis concessionis. Collector

15 Sacerdotium. ¶ Idem Innocentius concessit postea q̄ generalis & prouinciales possint dispensare cum fratribus suis in uigesimosecundo anno completo quoad sacerdotiū. o.Fo.65.Et ffo.69.conce.158.

Collector ¶ Aduertendum est circa istam concessionem & alterã immediate suprapositam, q̄ post mortem Innocentii.8. qui predictas concessiones seu dispensationes fecit/fuit ordinatum in capitulo generali Florentiaci celebrato id quod sequitur.

Statutum gene. Sacerdotium. ¶ Insuper cum ad ordinem sacerdotij non debeat q̄s ascendere faciliter, nisi cui suffragetur etas & morum grauitas, deinceps cum aliquo non dispensetur ut sacerdos efficiatur, qui uigintiquinq; etatis sue annos nondum attigerit, aut si casus necessitatis emerserit/ propter sacerdotum paucitatem, saltem qui dispensauerit/consilium quatuor guardianorum simul requirat, qui supra dispensandi necessitatem debeant arbitrari quorum conscientie sint onerate, ut quod erit necessariū (pensatis undiq; pensandis) ipsi consulant. Habetur hoc.fo.226.in tractatu.3.Et ffo.245 tract.2.

¶ Post hoc in capitulo generali Burgensi in statutis generalibus pro toto ordine factis prope finem primi capituli/ordinatum est circa supradicta sub forma sequenti.

Statutum gene. ¶ Ad sacerdotum uero non promoueatur quis/anteq̄ uigesimumquintum annum etatis sue attigerit, & quintum annum compleuerit in religione, nisi minister prouincialis cum consilio discretorum aliter iudicauerit faciendum.

Collector ¶ Et quia huiusmodi ordinationes facte sunt authoritate apostolica, ideo prefatis dispensationibus apostolicis nequeunt uti fratres mīn. presertim quia predicte concessiones fuerunt oracula uiue uocis que a capitulis suspendi possunt/ut habetur infra in dictione Oracula.§.3.

16 Votum. ¶ Idē Innocētius cōcessit q̄ cōfessores ordinis mī obseruātie p̄sentati s̄m formā quā ipse tradidit uel approbauit que habetur.s̄.in dictiōe Absolutio quo ad seculares.1.in.§.13.possint dispēsare in omnibus uo-

tis in quibus possunt episcopi, exceptis uotis peregrinationibus ultra duas dictas. o. fo. 65. Et ffo. 69. conce. 155. Et fffo. 98. conce. 353.

18 ¶ Idem Innocentius motu proprio & ex certa scientia dispensauit cum fratribus ordinis predicatorum obseruantibus congregationis hispanie super possessionibus & redditibus habendis iuxta formam bulle mare magnum nuncupate auferendo maledictionē sancti Dominici, & non obstantibus constitutionibus dicti ordinis prohibentibus ne fratres eiusdem ordinis habeant possessiones. o. ffo 76. concessione. 195. Pro fratri. predi. Pauptas.

18 ¶ Idem Innocentius dispensauit circa horam celebrandi missas, prout habetur supra in dictione Celebrare. §. 7. & 9. Celebrar.

19 ALEXANDER. 6. concessit ꝙ generalis fratrum mi. possit dispensare cum bizochis uiuentibus in cōgregatione quando fecerunt uotum religionis sancte Clare, ꝙ remaneant ibi, si commode non possunt intrare monasteria sancte Clare. o. ffſ. 99. conce. 250. Et Sixtus. 4. concessit ꝙ possit dispensari cum dictis bizochis, dummodo seruent tria uota substantialia, quādo non inueniunt qui uelit eas acceptare. Et ꝙ quādo bono modo nō possunt intrare monasteria sancte Clare, ꝙ non teneantur. o. fffo. 99. conce. 360. Votum.

20 IVLIVS. 2. concessit generalibus ordinis minorū facultatem dispensandi super quacunqꝫ irregularitate per fratres ordinis predicti regularis obseruantie quomodolibet (preterq̄ ex homicidio uoluntario aut prestatione auxilij uel fauoris huiusmodi homicidio aut ex bigamia prouenientе) ita ut illa non obstante ad omnes ordines etiam sacros ac etiam presbyteratus promoueri possint. o. fffo 92. conce. 263. Generalis minister. Irregularitas.

21 ¶ Idem Iulius dispensauit cum fratribus ordinis minimorum, ut in uigesimo secundo sue etatis anno ad presbyteratus ordinem (alias tamen rite) se promoueri facere libere possint. B. fffo. 8. conce. 23. Sacerdotium.

22 LEO. 10. dispensauit in multis circa diuinum officiū propter scrupulosos & infirmos que ponuntur infra in dictione Officiū diuinū. §. 16. & 17. & 18. usqꝫ in finē. Officium diuinum.

23 Irregularitas. ¶ Idem Leo fecit quandam eximiam concessionem super dispensatione irregularitatum, sed quia est temporalis. s. usque ad annum. 1533. ideo non ponitur hic, habetur tamen. o. fffo. 91. conce. 267.

Collector ¶ Vide aliqua ad huiusmodi materiam attinentia/ supra in dictione Declarare & determinare.

ECCLESIE FRATRVM.

¶ Distinctio materie ecclesiarum fratrum.

Collector ¶ Quo ad ecclesias fratrum mendicantium multa & uaria reperiuntur in priuilegijs eorūdem fratum concessa & statuta. Et primo ea que pertinent ad edificationem huiusmodi ecclesiarum/ponuntur in dictione Edificare. Ac etiam nonnulla ad idem pertinentia habentur in dictione Altare. Secundo illa que attinēt ad benedictionem seu consecrationem predictarum ecclesiarum/posita sunt supra in dictionibus Benedicere & Consecrare. Tertio aliqua que cōcernunt exēptionem & immunitatem earūdem ecclesiarum/reperientur in dictione Exemptio §. 10. &. 21. & hic infra § 4. &. 6. &. 10. ac. 11. Quarto sunt aliqua que fratres predicti tenentur seruare in suis ecclesijs respectu prelatorum ecclesie, prout habetur infra. §. 7. &. 8. &. 9. Vltimo inueniuntur multe indulgentie concesse uisitantibus prefatas ecclesias, Sed hec ad longum continentur in dictione Indulgentie quo ad seculares. §. 1. &. 2. ac. 3. Vide ibi.

1 Cemiteria. INNOCENTIVS. 4. decreuit/ut omnes ecclesie fratrum mi. ubi conuentus existunt / conuentuales uocentur. Et concessit licentiam, ut in ipsis ecclesijs ad opus fratrum/& conuersorum/seu oblatorum suorū libere habere cemiteria possint/& ualeāt. b. fo. 21. Et fffo. 23. conce. 9.

2 Pro fratri. Augu. ¶ Idēm Innocentius cōcessit fratribus ordinis sancti Augustini, ut pro consecrationibus altarium/seu ecclesiarum/ac pro oleo sancto/& quolibet ecclesiastico sacramento nullus ab eis sub obtentu consuetudinis/uel alio modo quicquam audeat extorquere, sed

hec omnia gratis eis episcopi diocesani impendant, alioquin liceat eis quoscũq; maluerint catholicos adire antistites gratiam & communionem apostolice sedis habentes, qui apostolica authoritate faciant predicta. Et uoluit ꝙ si sedes diocesanorum episcoporum forte uacauerint, interim omnia ecclesiastica sacramenta a uicinis episcopis accipere libere & absq; contradictione possint. Sic tamen ut ex hoc in posterum proprijs episcopis nullum preiudicium generetur. B. ffo. 247. conce. 605. Vide circa hoc infra .§. 7. Episcopi. Sacra.

CLEMENS .4. inhibuit/ut nullus ecclesias aut loca fratrum mi. ausu temerario presumat infringere/ aut in illis dãnabilem uiolentiam exercere. Et uoluit ꝙ illi qui secus facere presumpserint, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, a qua non possint absolui nisi per sedem apostolicam uel per conseruatores ab ea eidem ordini deputatos. B. ffo. 105. conce. 226. 3 Excõmunicatio.

¶ Circa hoc uide infra .§. ultimo.

SIXTVS .4. concessit fratribus mi. ut in ecclesijs curatis seu parrochialibus quas eos habere contigerit possint per capellanum per eos pro eorum nutu ponendum & ammonendum curam huiusmodi exercere qui quãdiu capellanatus huiusmodi fungetur officio ac si dicti ordinis mi. professor existeret dictorũ fratrum libertate & exemptione fruatur. Ecclesie uero predicte & illarum bona illa qua domus fratrum predicti ordinis prerogatiua letentur. B. fo. 60. Et ffo. 144. conce. 351. 4 Pro ecclesijs parrochialibus fra. Exẽptio.

¶ Circa prefatam concessionem uide infra .§. 6.

IVLIVS .2. concessit fratribus ordinis minimorum ꝙ omnes & singulas ecclesias & oratoria quecũq; eiusdem ordinis tam recepta q̃ recipienda nondum consecratas seu consecrata facta prius requisitione episcopis locorum eisq; recusantibus uel negligentibus per quemlibet alium catholicum episcopum possint consecrari facere. B. fffo. 8. conce. 28. 5 Pro fratribus minimis. Cõsecrare

LEO decimo in concilio Lateranensi statuit & ordinauit ꝙ episcopi & eorum superiores & alij prela- 6

ti ecclesiarum possint uisitare ecclesias parrochiales ad fratres ratione locorũ legitime spectantes, quo ad ea que ad parrochianorum curam & sacramentorum conseruationem & administrationem pertinẽt,
Visitare. sine tamen uisitatorum insolito grauamine uel impẽsa. Et similiter statuit, ꝙ predictarum ecclesiarum curam gerentes & circa illam delinquentes (si religiosi fuerint) iuxta ipsius ordinis regularia instituta intra septa regularis loci, seculares uero presbyteros & fratres huiusmodi beneficia obtinentes libere tanquam sue iurisditioni subiectos punire possint prefati prelati ecclesiarum B.fffo.25.conce.69.

7 ¶ Idem Leo in prefato concilio statuit, ꝙ fratres ab
Episcopi alieno episcopo consecrationem ecclesie uel altaris
Bñdicere. aut cimiterij benedictionem petere nequeant, nec in ecclesijs per eos pro tempore edificandis primum lapidem per alienum episcopum poni facere, nisi ubi ordinarius bis aut ter cum debitis reuerentia & instan
Edificare. tia requisitus sine legitima causa id recusauerit. B.fffo. 26.conce.79.

8 ¶ Idem Leo statuit ꝙ ut debitus honor matrici ecclesie reddatur tam fratres q̃ alij clerici seculares die sabbati maioris hebdomade antequam campana cathedralis uel matricis ecclesie pulsauerit campanas in ecclesiis suis pulsare minime possint. Contra autem facientes penam centum ducatorum incurrant. B. fffo. 26.conce.80.

9 ¶ Idem Leo statuit, ut censuras per ordinarios latas
Censure. & promulgatas ac in matrici ecclesia ciuitatum necnon in collegiatis & parrochialibus ecclesijs castrorum & oppidorum respectiue solenniter publicatas teneantur fratres (quando super hoc ab eisdem ordinarijs fuerint requisiti) in ecclesijs domorum suarum publicare ac seruare. B.fffo.26.conce.81.

10 ¶ Idem Leo concessit ꝙ prelati ordinis minorum
Sepultura. obseruantie possint in suis ecclesijs & capellis exhu
Exhumare. mare corpora defunctorum, & ad alias sepulturas in eisdem ecclesijs suis transferre, de consensu tamen illorum quorum interest. B.fffo.58.conce.262.

¶ Idem Leo concessit, q infringentes uel aliquã uiolentiam in ecclesijs uel locis fratrum mi. facientes possint absolui, prout positum est supra in dictione Absolutio quo ad seculares. 2. §. ultimo. Absolu.

EDIFICARE.

¶ Distinctio materie infrascripte.

¶ Quo ad edificationem ecclesiarum & conuentum fratrum mi. & aliorum mendicantium reperiuntur multa & uaria in priuilegijs predicatorum fratrum que inferius tali ordine ponuntur. Primum nanq; locum habent ea que spectant ad fratres mi. in particulari. Reliqua uero loca possident successiue illa que ad alios fratres mendicantes pertinent, prout infra uidebitur. Collector

¶ Pro fratribus ordinis minorum.

CLEMENS. 4 prohibuit fratribus ordinis predicatoruui & penitentie Iesu Christi & carmelitarum ac sancti Augustini & monialibus s. Clare aliorumq; ordinum in paupertate fundatorum ac omnibus mulieribus predictorum ordinum aut aliorum quorumcunq; ne aliquod monasterium ecclesiam aut oratorium edificare seu construere presumant infra spatium trecentarum cannarum ab ecclesijs fratrum minorum mensurãdarum per aerem etiam ubi alias recte mensurari loci dispositio non permittit. Nulli quoq; seculari uel religioso cuiuscunq; professionis uoluit licere ecclesiam uel monasteria seu oratorium iam edificatum in aliquem transferre de ordinibus memoratis infra spacium predictarum trecentarum cannarum, & quamlibet istarum cannarum uoluit octo palmorum longitudinem continere non obstante uaria locorum consuetudine siue priuilegijs & litteris quibuscunq; a sede apostolica sub quacunq; uerborum forma concessis seu etiam concedendis, que de presentibus specialem & expressam non fecerint mentionem. Preterea statuit ut quicquid contra huiusmodi ordinationis & inhibitionis tenorem ex nunc in Prohibitio.

antea edificatum fuerit diruatur.b.fo.31. Et ffo.30.
2 conce.28.Circa hoc uide infra.§.8.

¶ Idem Clemens concessit ꝙ liceat fratribus ordinis minorum cum de prioribus locis suis ad alia loca se transferunt, tam omnem edificiorum materiam locorum que dimittunt (dedicatis ecclesijs duntaxat exceptis) q̄ libros calices & paramenta secum ad alia loca trãsferre. Ac edificia ipsa cum solo & alijs ad eadem loca pertinentia (preter ecclesias) per personas a sede apostolica deputatas .i. per sindicos uendere, ipsorumq; precium in aliorum locorum ad que dicti fratres se transferunt edificationem seu alias in eorũ utilitatem conuertere, secundum quod eis melius uidebitur expedire. B fo.58. Et ffo.142.conce.340.

Vẽdere.

3 CLEMENS.5.in declaratione regule fratrum mi. declarauit non conuenire predictis fratribus ullo modo, ꝙ fieri faciant/uel fieri sustineant ecclesias uel alia quecunq; edificia que considerato fratrum inhabitantium numero excessiua in magnitudine & multitudine debeant reputari. Ideoq; uoluit ꝙ ubiq; in toto ordine fratres temperatis & humilibus edificijs sint contenti, ne tante paupertati promisse, quod patet oculis, contrarium foris clamet. B.fo.15.tractatu.3. Et.b. ffo.16.tractatu.2.

Paupt̃as.

4 PAVLVS.2.inhibuit fratribus mi.conuentualibus sub excommunicationis pena ipso facto incurrenda, & a qua nequeant absolui nisi per Romanum pontificem (preterq̄ in mortis articulo) ne proprio motu uel industria/aut per se uel alium seu alios/quouis quesito colore/impediant fratres predicti ordinis obseruantes recipere domos eis oblatas, neq; eisdem molestiam aliquam inferre presumant. B.ffo.94. conce.104.

Contra frẽs cõuentuales. Excõicatio.

5 SIXTVS.4.concessit, omnibus fratribus min.obseruantie ꝙ sana conscientia possint habitare domos, quas habent in ciuitatibus & castellis pro eorum commoditate. o fo.63. Et ffo.66.conce.101.

6 ¶ Idem Sixtus concessit ꝙ fratres mi.predicti non obligentur in conscientia, si non recipiant loca uel

monasteria tam fratrum conuentualium q̄ etiam de nouo erigenda uel alia quecunq; etiam si eis precipiatur per obedientiam, & sub pena excommunicationis late sententie & alijs censuris. o. fo 63. Et ffo. 67. conce. 112. Excōica tio.

¶ Idem Sixtus concessit generali fratrum mino. obseruantie licentiam & facultatem ea loca que fratribus suis minus commoda esse cognouerit dimittendi in manibus ordinariorum locorum, & illa licite deserendi, prout ei uisum fuerit expedire, super quo eiusdem generalis consciētiam onerat. Et hoc uoluit non obstante constitutione Bonifacij. 8. prohibente loca semel recepta deseri, & alijs apostolicis constitutionibus ceterisq; contrarijs quibuscunq;. B. fo. 47. Et ffo. 131. conce. 193. 7 Generalis minister.

IVLIVS. 2. declarauit q coarctatio seu reductio trecentarū cannarum ad centum quadraginta contra fratrum predicatorum priuilegium facta per Clemētem. 4. non debet nocere fratribus mino. nec priuilegiorum communicationem in damnum sed in fauorem predictorum fratrū mi. esse concessam. Ac potiori pro cautela p̄dictū priuilegiū Clementis trecentarū cannarū supra. §. 1. positū & inde sequuta quecunq; predictis fratribus minoribus confirmauit & approbauit, & quatenus opus esset p̄dictarū trecentarū cannarum priuilegium authoritate apostolica eisdem fratribus mi. de nouo concessit. B. ffo. 231. conce. 535. 8 Cōicatio priuileg. Nota.

¶ Idē Iulius cōcessit fratribus mi q si a pricipe duce marchione aut comite ut aliquā domū dicti ordinis edificēt reqsiti fuerint, domū hmōi pro usu & habitatiōe ppetuis fratrū dicti ordinis regularis obseruātie construi & edificari, ac locū p hmōi cōstructiōe recipere possint & ualeant. B. fo. 43. Et ffo. 126. conce. 378. 9

¶ Idē Iulius approbauit cōcessionē imediate suprapositā supplēdo aliquos defectus q in eius relatiōe interuenerāt. Ac uoluit & decreuit q litere predicte ualeāt, & p̄dictis fratribus suffragent̄ nō obstāte cōstitutione Bonifacij. 8. in contrarium faciente / ceterisq; contrarijs quibuscunq;. B. ffo. 211. conce. 515. 10

11 Prouicia. ¶ Idem Julius statuit, q fratres mi. qui in una prouin-cia secundum morem dicti ordinis uiuūt nequeant edificare domos in alia prouincia que sub aliena obedientia existant nisi de licentia generalis. Et decreuit irritum & inane quicquid in contrarium attentari cōtigerit. B. fo. 43. Et ffo. i 26. conce. 276.

12 Prouicia. ¶ Idem Julius statuit circa supradicta clarius idem: quod antea. s. q fratres mino. obseruantie cuiuscunq prouincie seu custodie in alia quacunq prouincia seu custodia etiam de obseruātia domos pro eorum usu & habitatione non solum nō edificent, sed nec ab alijs quibuscunq personis (sine licentia generalis) edificatas recipere ualeant. B. ffo. 227. conce. 532.

13 Pro ecclesijs fratrū & monialium. LEO. 10. concessit q adueniente casu necessitatis ecclesie tam fratrum mi. q̄m monialium sancte Clare obser. possint transferri, & mutari de uno loco ad alium. Et locus prioris ecclesie reducti ad usus humanos secundum commoditatem dictorum locorum & monasteriorum, dummodo materia edificiorum ponatur in ecclesia alia. O. fffo. 92. conce. 277.

14 Ecclesie fratrum. ¶ Idem Leo concessit postea q ministri, prouinciales ordinis mi. loca eis minus commoda ab ipsis nō omnino derelicta post constitutionem Bonifacij pape. 8. constructa possint illa pro sua deuotione tenere sine fratribus illa inhabitantibus ita tamen q aliquando ea uisitent, cum tempus opportunum fuerit, & in eorum ecclesijs aliquādo celebrent. O. fffo. 61. cōc. 189.

¶ Pro fratribus predicatoribus.

15 Restrictio CLEMENS. 4. postq̄ consimile priuilegium sicut suprapositum. §. 1. concesserat fratribus ordinis predicatorum, restrinxit illud quo ad huiusmodi fratres, reducendo ad spacium centum quadraginta cannarū. b. ffo. 30. Et fo. 31. conce. 29. Vide supra. §. 8.

¶ Pro fratribus carmelitis.

16 ¶ Idem Clemens. 4. concessit fratribus ordinis Carmelitarum, ne aliqui religiosi ordinum mendicantiū, ecclesias seu que uis loca edificare seu construere, aut per alios constructa seu edificata recipere / aut inhabitare iuxta loca predicti ordinis, infra spatium centum

quadraginta cannarum mensurandarum etiam per aera (ubi alias recte non permitteretur loci dispositio mensurari) quoquomodo presumant, decernens quicquid secus actum fuerit irritum & inane. B.fo.89. Et ffo.172 conce.403.

VRBANVS.4. concessit fratribus ordi. Carmelitarum, ut si aliqui christi fideles a[...]qua loca ad se spectantia, que feudalia seu censualia non existant eis contulerint liceat eis de consensu diocesanorum illa recipere, ac in eorum singulis ecclesiam aut oratorium cum campanili construere & inibi diuina officia celebrare B.fo.81. Et ffo.165. conce.388. 17 Episcopi

¶ Aduerte φ prefata concessio est ualde notabilis, sed multomagis ampliatio eius, que immediate sequitur & alia in.§.20. Collector

SIXTVS.4. confirmauit supradictam concessionẽ Vrbani, & insuper extendit illam ad quecunq; loca domos & ecclesias etiam parrochiales non obstante constitutione Bonifacij.8. prohibente ne cuiusuis ordinũ mendicantinm fratres noua loca ad habitandum recipiant, uel recepta mutare presumant, sine sedis apostolice licentia speciali faciente specialem & expressam de prohibitione huiusmodi mentionem. B.fo.104. Et ffo.187. conce.481. 18 Ampliatio. Nota.

¶ Vide aliam concessionem adhuc ampliorem que ponitur infra.§.20. Collector

¶ Idem Sixtus prohibuit, non solum fratres mendicantes, uerum etiam quicunq; alij religiosi uel ecclesiastice persone utriusq; sexus prope domos fratrum dicti ordinis de Monte Carmelo nouas ecclesias & loca construere uel alias de nouo recipere & habere possint infra spacium centum quadraginta cannarum per aerem mensurandarum, ubi alias commode per terram mensurari non possent. Et φ si quis (cuiusuis conditionis status aut dignitatis fuerit) contra predicta uenire aut agere presumpserit, tam ipse q̃ auxiliũ uel fauorem prestantes ipso facto incurrant sententiam excommunicationis. Et nihilominus cuncta & singula ab eis facta pro infectis habeantur. B.fo.100. 19 Excõicatio.

Et ffo.184.conce.457.

20 ¶ Pro fratribus ordinis minimorum.

IVLIVS.2.concessit fratribus ordinis mi.ut domos seu ecclesias loca & oratoria quecunq; pro eorū perpetuis usu & habitatione possint construere & edificare seu construi & edificari facere absq; alia desuper faciēda noua concessione apostolica. Et q ordinis predicti conseruatores quoties opus fuerit eidem ordini minimorum/ac illius personis in premissis efficacis defensionis presidio assistant, nec prelati ecclesiastici quicunq;(cuiuscunq; nobilitatis existant)in aliquo dannificare molestare perturbare nec inquietare ullatenus audeant sub excōmunicationis late sententie pena inhibere possint. B.fffo.8 conce.27.

Conseruatores.

Excōicatio.

Collector ¶ Aduerte q in huiusmodi concessione uidetur concedi, q predicti fratres possint edificare loca seu conuentus ubiq;, seu edificata recipere absq; aliqua licentia, etiam ordinario aut alio prelato ecclesiastico cōtradicente. Hoc autem est quid magnum, & nusquam alias concessum/saltem q reperiatur in libris priuilegiorum ordinum.

Nota.

EGREDI ORDINEM VEL CLAVSVRAM.

Collector ¶ Circa egressionem fratrum mino.obser.ab ordine/seu obedientia prelatorum continentur multa in priuilegijs predictorum fratrum, prout habentur supra in dictione Apostate, & in dictione Exempti fratres particulares, ac etiam infra in sequenti dictione Eijcere seu expellere ab ordine.

¶ Quo ad egressum uero monialium.s.Clare a clausura suorum monasteriorum in quibus casibus liceat & in quibus non habetur supra in dictione Clausura monialium. Vide ibi & nota bene.

EIICERE SEV EXPELLERE AB ORDINE.

Predicatio INNOCENTIVS.4.prohibuit districte ut fratres minores/quos generalis aut prouicials mi

nistri ab ordine pro suis culpis expellere contigerit/ uel egressi fuerint proprio suo motu non presumant predicare seu confessiones audire/uel docere,nisi de licentia sedis apostolice/aut predictorum ministrorũ ad alium transierint ordinem . Et uoluit ꝙ si contra huiusmodi inhibitionem aliquid fuerit temere attentatum/possint dicti ministri in illos sententiam excommunicationis promulgare. B fo.36. Et ffo. 120. conce.261. Cõfessio. Excõicatio.

¶ Idem Innocentius concessit ut eiecti uel egressi de predicto ordine mi. possint transire ad alios ordines approbatos, Preterq̃ ad beati Augustini templariorum/hospitalariorum/& aliorum religiosorum arma portantium, deferendo tamen literas testimoniales generalis uel prouincialis dicti ordinis. Et ĩhibuit districte ne tales fratres aliter ad alium ordinem transeant, uel aliq eos recipere seu retinere p̃sumant absq; licentia speciali sedis apostolice faciente de p̃sentibus mentionem. B. fo. 37. Et ffo. 120. conce. 262. 2 Licentia. Recipere fratres.

CLEMENS.4. in mari magno prohibuit & statuit supradicta per eadem uerba formalia. B. fo. 58. Et ffo. 141. concessione. 330. & . 331. 3

ALEXANDER.6. concessit facultatem generalibus ordinis minorum ut per semetipsos duntaxat & prouincialibus/ut per eos cum cõsensu maioris partis capituli prouincialis / fratres dicti ordinis quos incorrigibiles repererint/habitu expoliare ualeant, & ab ordine eijcere, ac contra quoscunq; eis auxilium consilium uel fauorem publice uel occulte directe uel indirecte aut quouis quesito colore super dicti habitus delatione prestantes, etiam cuiuscunq; dignitatis gradus ordinis & conditionis fuerint per censuras ecclesiasticas ac alia iuris opportuna remedia (appellatione postposita) procedendi, inuocando etiam (si opus fuerit) auxilium brachij secularis. b. ffo. 56. conce. 65. 4 Generalis Prouinciales. Habitus ordi. mi. Incorrigibiles.

LEO.10. concessit generalibus & prouincialibus ordinis mino. ut fratres eiusdem ordinis etiam professos qui grauissimis & scandalosis delictis notati & 5 Nouitij.

Processio. diffamati fuerint, que fraudulenter & dolose in eorũ receptione & professionis emissione (monitione super his per predictos prelatos premissa) tacuerunt, nõ obstante, ꝙ iam recepti sint & professionem emiserint (ne morbida & infecta pecus ouile domini corrumpat, & ut alijs cedat in exemplum) a domibus & conuentibus dicti ordinis expellere & remouere libere & licite possint & ualeant, prout conscientijs predictorũ ministrorum (quas super hoc onerat) uisum fuerit iustum & honestum. B. fffo. 19. conce. 61.

ELECTIO.

Collector ¶ Distinctio materie electionum prelatorũ ordinis.
¶ Aduertendum est ꝙ de multiplicibus electionibus fit mentio in priuilegijs fratrum minorum. Primo de electione generalis ministri. Et quo ad huiusmodi electionem habetur infra. §. 2. & 3. & 9. & 10. Secundo de electione uicarij totius ordinis. Et hoc continetur infra § 6. Tertio de electione ministrorum ꝓuincialium, de qua habetur infra § 3. & 7. Quarto de electione custodum & guardianorum, ut habetur in dictionibus. Custos & Guardianus & infra. §. 5. Vltimo de electione abbatissarum, prout continetur in dictione Abbatissa, ubicunque in margine est posita hec dictio Electio.

Episcopi ALEXANDER. 4. inhibuit, ut nulli fratres ordinis mi. si eos in episcopos eligi aut postulari contigerit, electioni/aut postulationi de se facte audeant consentire, nec aliquis archiepiscopis/seu quicunque alius prelatus uel legatus sedis apostolice (nisi fuerit cardinalis) dictos fratres (nisi de licentia & assensu generalis & prouincialium ministrorum aut sedis apostolice speciali mandato (ad episcopatus/uel alias dignitates assumere uel ordinare presumant. Et decreuit irritum & inane quicquid secus a quocunque contigerit attentari. b. fo 23 Et ffo. 25. conce. 13.

CLEMENS. 4. concessit uel statuit, ut generalis minister ordinis mi. statim postꝙ electus secundum regulam

gulam/& constitutiones fuerit, eoipso uerus eiusdē ordinis generalis minister effectus curam animarum fratrum ipsius ordinis plenam habeat/& libere gerat, ipsosq; fratres authoritate propria ligare/ac soluere/ necnon in eodem ordine agere ualeat/que ipse minister & diffinitores ad hoc electi iuxta cōstitutiones ordinis eidem ordini/& fratribus fm Deū uiderint expedire.B.fo.56.Et ffo.139.conce.307. De generali ministro.

¶Idem Clemens statuit/& concessit/q in electionibus generalis & prouincialium ministrorum predicti ordinis mi.fratribus / qui debent electionem huiusmodi celebrare/tempus super hoc a iure statutū non currat, nec ipsi in hac parte iuris huiusmodi regulis coarctentur.B.fo.56.Et ffo.139.conce.308. 3 De generalibus & prouinci.

¶Idem clemens statuit, q custodes & guardiani/qui fm statuta ordinis aliter q̄ per electionem instituuntur/post ipsam institutionem/seu prouisionem de ipsis factam curam animarum fratrum sibi subditorum habeant; ipsosq; ligare/ac soluere possint iuxta ipsius ordinis instituta.B.fo.56.Et ffo.139.conce.309. 4 De custodibus & euardia.

NICOLAVS.4.statuit & declarauit, ut cū electio generalis ministri fuerit celebranda/custodes uniuscuiusq; prouincie unū ex seipsis constituāt,ut ei uoces suas committant,ipsumq; ad locum ubi electio eadē tunc fuerit celebranda transmittāt, Isq; qui sic ab ipsis custodibus constitutus extiterit/unam uocem dūxaxat pro se & omnibus eis habeat & intelligatur habere,ac pro una uoce tantummodo admittatur ab alijs. b.fo.31.Et ffo.32.concessione.32. 5 De custodibus.

¶Hoc statutum iam uacat propterea quia aliter statutum est in bulla Vnionis per Leonem.10.ut habetur infra.§.9. Collector

¶Idē Nicolaus statuit & ordinauit ac districte inhibuit fratribus minoribus, ne mortuo ministro generali possint eligere uel cōstituere aliquē fratrē in uicariū ordinis absq; Romani pōtificis & ptectoris ordinis eiusdē licētia speciali p ipsius Romani pontificis literas patentes concedēda faciētes plenā & expssam de statuto & ordinatione & prohibitione huiusmodi 6 De uicario ordis.

mentionem.b.fo.31.Et ffo.32 conce.33.

7 De mini∫tro ꝓuinciali. CLEMENS.5.in declaratione regule fratrum mi. ∫tatuit & ordinauit ꝙ electio mini∫tri ꝓuincialis pertineat ad capitulum prouinciale, quam idem capitulum die ∫equenti qua fuerit congregatū facere teneatur. Et ∫imiliter ∫tatuit ꝙ huiu∫modi electionis confir- Confirmatio. matio pertineat ad mini∫trum generalē, & ꝙ ∫i ad electionem huiu∫modi per formam ∫crutinij procedatur & uotis in diuer∫a diui∫is electiones plures in di∫cordia celebrari contingat illa que a maiori parte capituli numero (nullo zeli uel meriti collatione ∫eu con∫ideratione habita) fuerit celebrata exceptione ∫eu cōtradictione quacunq; alterius partis non ob∫tante per dictum generalem mini∫trum de con∫ilio di∫cretorū de ordine (prius tamen ex officio, prout ∫pectat ad ip∫um diligenti examinatione premi∫∫a) confirmetur, uel etiam infirmetur, prout eis ∫ecundum Deum ui∫um fuerit expedire, Et ∫i fuerit infirmata ad capitulū Capitulū generale. prouinciale electio huiu∫modi reuertatur. Ceterum ∫i capitulum memoratum die predicta mini∫trū eligere pretermittat, extunc mini∫tri prouincialis prouiſio ad generalem mini∫trum libere deuoluatur. fo. 15. tractatu. 3. Et ffo. 16. tractatu 2.

8 De abbati∫∫is. EVGENIVS.4.& Nicolaus.5.∫tatuerūt aliqua pertinentia ad electiones abbati∫∫arum ordinis.∫.Clare, ∫ed quia hec po∫ita ∫unt ∫upra in dictione Abbati∫∫a ideo hic non ponuntur.

9 De mini. generali. LEO.10.in bulla unionis ∫tatuit, ꝙ electio generalis mini∫tri totius ordinis mino. fieri debeat a ∫olis mini∫tris prouincialibus & cu∫todibus reformatis tā ci∫montanis q̄ ultramontanis in capitulo generali dicti ordinis in fe∫to Penthecoſtes in loco quem generalis mini∫ter cum capitulo generali proxime precedenti duxerit a∫∫ignandum. Ad quod capitulum omnes mini∫tri es cu∫todes ∫iue uocales tam ci∫montani q̄ ultramontani accedere teneantur. Et ne caput ∫uis membris deforme appareat uoluit & ordinauit ꝙ nullus frater po∫∫it eligi in mini∫trum generalem, ni∫i uitam ducat reformatam & pro reformato a communitate

reformatorum habeatur. In prefata etiam electione ministri generalis uoluit ꝙ nullus penitus uocem habeat nisi reformatus & pro reformato a congregatione reformatorum habeatur. B. fffo 29. conce. 94.

¶ Idem Leo ordinauit ꝙ minister generalis eligatur alternatim de fratribus cismontanis & ultramontanis, qui tantum per sex annos durare possit ita ꝙ si minister generalis per sex annos de cismontanis fratribus electus fuerit sequentibus sex annis de ultramontanis fratribus eligi debeat, qui modus alternatis uicibus in perpetuum a fratribus predictis obseruetur. B. fffo. 29 conce. 94. 10 De gene. ministro.

¶ Idem Leo fecit quandam ordinationem super electione & institutione commissarii generalis, que posita est supra in dictione Commissarius. §. 1. 11 De cõmissario generali.

ELEEMOSINE.

ALEXANDER .4. declarauit ꝙ fratres mi. & predicatores tam ab his quibus predicant q̃ ab aliis possint eleemosynas petere ac recipere, fidelesq́ posse huiusmodi eleemosynas eisdem fratribus salubriter elargiri non obstante quacunq́ contradictione. Ac etiam declarauit ꝙ predictorum fratrum mendicitas est meritoria. b fo. 25. Et fffo. 25. conce. 15. 1 Pauptas.

¶ Idem Alexander concessit fratribus minori. ꝙ de male acquisitis quorum restitutio non debetur certe persone ac de incertis relictis possint recipere eleemosynam ab exequutoribus testamentorum. b. fo. 25. Et fffo. 26. conce. 16. 2 Restitutio

VRBANVS .4. cõcessit fratri. carmelitis, ut de usuris & rapinis & alias male acquisitis, si persone quibus horum restitutio fieri debeat omnino inueniri & sciri non possint necnon de quibuscunq́ legatis indistincte ad pios usus relictis recipere ualeant usq́ ad summam centum marcharum argenti. B. fffo. 178. concе. 419. 3 Pro carmelitis. Restitutio Legata.

CLEMENS .4. concessit fratribus mino. ut in terris excõmunicatorũ possint libere cõmorari, & ab eis 4 Excõmunicatio.

tunc & quando per huiusmodi terras ipsos transire contigerit necessaria uite deposcere ac recipere. B. fo. 56. Et ffo. 140. conce. 317.

5 Cōtra fratres cōuētuales. Correctio
EVGENIVS. 4. cōcessit generali & prouincialibus fratrum mi. obser. plenam & liberam facultatem capiendi & incarcerandi ac in carceribus detineri faciēdi necnon alias puniendi & corrigendi fratres conuentuales prefati ordinis questuātes seu eleemosynas petentes in locis conuentuum domorum & heremitoriorum fratrum predicatorum obser. aut aliqua minus honesta contra cōstitutiones & declarationes apostolicas & statuta & consuetudines eiusdem ordinis facere presumentes b. fo. 48.

6 Pro fra. obser. & conuentua. Questuarī.
CALIXTVS. 3. prohibuit districte sub excōmunicationis pena, ne fratres mi. de obseruantia sub nomine fratrum conuentualium eiusdem ordinis nec conuentuales sub nomine fratrum de obseruātia aut sub nomine locorum eorūdem, questuare seu eleemosynas petere presumant. B. ffo. 90. cōce. 197. prope finē.

7 Pro fratri. mi. & pdi.
ALEXANDER .4. fecit quandam concessionẽ famulis, seu familiaribus & procuratoribus ac operarijs fratrum pro tempore interdicti, que ponitur ad longum in dictione Interdictum .3. in .§.1. uide ibi. 1 Interdictũ

ALEXANDER .4. cõcessit fratribus ordinis Carmelitarum facultatem ministrandi ecclesiastica sacramenta familiaribus suis, ac tradendi eos sepulture ecclesiastice cum decesserint. B. fo. 85. Et ffo. 168. conce. 391. 2 Ex priuile. carmelit.

CLEMENS .4. concessit fratribus mi. ut his qui in eorum morantur obsequijs cuncta libere ministrare possint ecclesiastica sacramenta, & ipsos cum decesserint in suis cemiterijs sepelire. B. fo. 56. Et ffo. 140. conce. 315. 3 Sacra. Sepultura

¶ Idem Clemens fecit alteram concessionem famulis seu familiaribus & procuratoribus ac operarijs fratrum minorum, prout ad longum positum est in dictione Interdictum .3. in .§.3. Vide ibi. 4

GREGORIVS .11. fecit consimilem concessionẽ 5

24 ¶ Idem Sixtus exemit predictos fratres Carmelitas
pro carmelitis. a quacunque iurisditione inquisitorum heretice prauitatis cum magnis non obstantijs. B. fo. 112. Et ffo. 196. conce. 489.

25 ¶ Idem Sixtus dedit copiosam exemptionem fratribus ordinis predicatorum ad instar exemptionis datę fratribus Carmelitis & Mi. B. o. ffo. 238. conce. 560. & 564. & usque ad concessio. 570.
Pro fratr. pdica.

26 INNOCENTIVS. 8. confirmauit ac de nouo concessit literas Clementis. 4. & Sixti. 4 eximentes fratres mi. a iurisditione inquisitorum heretice prauitatis prohibendo eosdem inquisitores contra fratres huiusmodi quomodolibet procedere uel inquirere b. ffo. 52. conce 60.
Inquisitores heresis

27 LEO. 10. confirmauit literas predictas Innocentij. 8. ac de nouo concessit easdem inferendo illas de uerbo ad uerbum decernens illas debere inuiolabiliter obseruari a quibuscunque inquisitoribus heretice prauitatis B. fffo. 21. conce. 64.

28 ¶ Idem Leo iterum prohibuit districte inquisitoribus heretice prauitatis, ne se ullo modo intromittat de fratribus mi. super quo dedit conseruatores uniuersos ecclesiarum prelatos. B fffo. 20. conce 63.
Inquisitores heresis

29 ¶ Idem Leo approbauit ac de nouo concessit literas suorum precessorum, qui exemerant moniales sanctę Clare ab omni iurisditione sedis apostolice & a solutione quarumcunque decimarum etiam de terris & possessionibus quas per colonos faciunt cultiuari B. fffo. 44. conce. 139.
Pro monia. sancte Clare.

30 ¶ Idem Leo postea exemit moniales. s. Clare & tertiarias a solutione cuiusuis decime, uel taxe etiam per sedem apostolicam imposite, si tamen ita sunt paupe res, quod ipsarum redditus non sufficiunt pro commoda illarum sustentatione. B. fffo. 47. conce. 143.
Pro monia. sancte. Clare & tertia.

31 ¶ Idem Leo exemit fratres minores obser. a iurisditione cōmissariorum cruciate, & alijs consimilibus/ precipiens huiusmodi commissarijs sub grauibus censuris, ne assumant fratres minores prefatos ad predicandum cruciatam. B. fffo. 48. conce. 144. Hoc posito
De cōmissarijs cruciate.

est supra ad longum in dictione Cruciata .§ 4.

¶ De exemptione a quarte funeralis solutione sunt multe concessiones diuersorum pontificum supra posite in dictione Canonica portio. Collector

¶ Sed circa hanc materiam est aduertendum quod supra scriptarum exemptionum & nonnullarum aliarum concessionum in fauorem fratrum mendicantium concessarum fuerunt alique derogate per concilium Lateranense ultimo celebratum, ut positum est in dictione Concilium .§.5. Attamen quia ut ibidem .§.7. dicitur fuerunt reualidata nostra priuilegia, & per consequens sunt annullate huiusmodi modificatiões seu derogationes, ideo non oportet illas hic inserere, presertim quia quo ad exemptionem proprie sumptam fere nihil est innouatum seu derogatum per conciliũ prefatum.

FAMILIARES SEV FAMVLI FRATRVM.

ALEXANDER .4. fecit quandam concessionẽ famulis, seu familiaribus & procuratoribus ac operarijs fratrum pro tempore interdicti, que ponitur ad longum in dictione Interdictum .3. in .§.1. uide ibi. Interdictũ 1

ALEXANDER .4. cõcessit fratribus ordinis Carmelitarum facultatem ministrandi ecclesiastica sacramenta familiaribus suis, ac tradendi eos sepulture ecclesiastice cum decesserint. B. fo. 85. Et ffo. 168. conce. 391. 2 Ex priuile. carmelit.

CLEMENS .4. concessit fratribus mi. ut his qui in eorum morantur obsequijs cuncta libere ministrare possint ecclesiastica sacramenta, & ipsos cum decesserint in suis cemiterijs sepelire. B. fo. 56. Et ffo. 140. conce. 315. 3 Sacra. Sepultura

¶ Idem Clemens fecit alteram concessionem famulis seu familiaribus & procuratoribus ac operarijs fratrum minorum, prout ad longum positum est in dictione Interdictum .3. in .§.3. Vide ibi. 4

GREGORIVS .11. fecit consimilem concessionẽ 5

Ex priuil. fratrum predica. familiaribus fratrum ordi. predi. per eadē uerba sicut Clemens. 4. fecerat familiaribus fratrum mi. ut supra positum est. §. 3. &. 4. B ffo. 236. conce. 546.

6 Indulgentia. SIXTVS. 4. concessit/ q illi qui sunt in seruitio fratrum mi. & sororum sancte Clare/ habeant indulgentiam plenariam in morte/ ac semel in uita de reseruatis. o. fo. 62. Et ffo. 66. conce. 96.

7 Ex priuil. fra. mini. Sepultura. IVLIVS. 2. concessit fratribus ordinis minimorū/ q famuli domorū sui ordinis/ necnō ceteri eiusdem ordinis habitum portantes/ & in articulo mortis in dictis domibus sepulturam eligentes omnibus & singulis priuilegijs ordinis minimorū huiusmodi quōlibet concessis gaudere libere/ & licite ualeant. B. ffo. 8. conce. 22.

8 Prohibitio. Sacra. LEO. 10. in concilio Lateranensi statuit, q fratres famulis eorum obsequio insistentibus sacramēta ecclesiastica nullatenus ministrare ualeant, nisi illorū durante obsequio. B. fffo. 26. conce. 74.

9 Excōmunicatio. ¶ Idem Leo ubi supra statuit, q procuratores/ & negociorum gestores/ ac operarij fratrum seruitijs insistentes sententijs excōmunicationis promulgatis illaqueati sint/ & esse censeantur, si illis causam dederint aut dantibus consilium/ auxilium/ uel fauorem prestiterint. B. fffo. 26. conce. 85.

Collector ¶ Aduerte q nonnulla alia concessa sunt in fauorem familiarium fratrum pro tempore interdicti, Et quia hec posita sunt supra in dictione Interdictū. 1. in omnibus §. ideo superfluum foret hic illa repetere.

FESTIVITAS.

1 De sancto Frācisco. GREGORIVS. 9. precepit uniuersis ecclesiarum prelatis, ut excitent deuotionem fidelium ad uenerationem sancti Francisci ac q solēnitatē eius 4. nonas Octobris annis singulis solenniter celebrent, & celebrandam denuncient. b. fo. 19. Et ffo. 22. concessione. 2.

2 De sancto Antonio. ¶ Idem Gregorius similiter precepit ecclesiarum prelatis, quatenus deuotionem fidelium ad uenera-

tionem sancti Antonij de Padua excitantes festiuitatem ipsius idibus Iunij annis singulis celebrent, & faciant solenniter celebrari. B fo. 117. Et ffo. 200. concessio. 491.

MARTINVS. 5 statuit quod de omnibus festis trium lectionum festa nouem lectionum fiant, Et quod utrumque festum sancte crucis sub duplici officio celebretur, Ac quod rubrica de festis occurrentibus infra octauam non intelligantur de precedentibus seu residuis sed solum de existentibus seu occurrentibus infra octauã. b. ffo. 85. concessione. 44. ¶ Officium diuinum. Octaua.

EVGENIVS. 4 dixit quod seculares laborantes in festis sancte Crucis & sancti Michaelis septẽbris ac sanctorum Innocentum & sancti Siluestri se nolle quod peccent mortaliter, nisi uenerint in dominica. o. fo. 61. Et ffo. 64. conce. 83. Et fffo. 101. conce. 396. 4 Pro secula. & laborato.

¶ Idem Eugenius dispensauit cum barbitonsoribus, ubi est consuetudo in sabbatis & uigilijs de sero radere barbas. o fffo. 101. conce 400.

SACROSANCTA synodus generalis Basiliensis renouauit institutionem de celebranda festiuitate sancte conceptionis uirginis Marie, que tam per Romanam quam per alias ecclesias sexto idus decembris statuit & ordinauit in omnibus ecclesijs & monasterijs & conuentibus christiane religionis sub nomine conceptionis festiuis laudibus colẽdam esse. b fo. 42. Et ffo. 40. conce. 45. ¶ De cõcep. uirginis.

SIXTVS 4. concessit quod fiat festum sancti Bonauẽture dominica secunda Iulij, nisi fuerit primo ponenda. o. fo. 64. Et ffo 68. concẽ. 114. 7 De sancto Bonauen.

¶ Idem Sixtus concessit uniuersis & singulis christi fidelibus uere penitentibus & confessis, qui gloriosi sancti Francisci festiuitatem (quam perpetuis futuris temporibus celebrẽ esse & ut festum duplex a cunctis christianis celebrari ab omnique opere seruili abstineri & sub obseruantia & precepto comprehendi uoluit) celebrantibus annuatim decem annos & totidẽ quadragenas de iniunctis eis penitentijs relaxauit. B. fo. 46. Et ffo. 130. conce. 291. 8 De sancto Franceſco. Indulgentia

Collector ¶ Aduertendum est circa predicta ꝙ in libro intitulato firmamenta trium ordinum beati Francisci in gallis impresso continetur hec eadem bulla seu breue attamen ubi hic dicitur decem annos &c. dicitur illic quinquaginta annos &c. Et similiter reperi scriptum in quedam tabula antiqua priuilegiorū ordinis, utrū aūt istorū sit uerius non potui determinare scire.

9 De quinq martyri. ¶ Idem Sixtus concessit ꝙ fratres min. possint ubiq solenniter & publice festum quinq martyrum sui ordinis qui apud marrochium passi sunt. s. Berardi Petri Adiuti Accursij & Ottonis in officio duplici maiori die. 16. Ianuarij celebrare qua die ab hoc seculo per martyriū recesserūt. B. ffo. 131. concessione. 294.

10 De sanctis oībus ordinis mi. ¶ Idem Sixtus concessit ꝙ possimus dicere Credo in festiuitatibus seu solennitatibus sanctorum nostri ordinis &. s. Clare. o. fo. 63. Et ffo. 67. conce. 118.

11 De sancto Lodō. ¶ Idem Sixtus concessit ꝙ fratres mi. possint dicere officium proprium sancti Lodouici episcopi & confessoris sui ordinis. o. fo. 63. Et ffo. 67. conce. 119.

12 De offic. proprijs quarundā festi. ALEXANDER. 7. concessit omnibus & singulis fratribus minoribus de obser. ut in festo presentationis uirginis Marie ac sancti Gabrielis archangeli & s. Catherine uirginis & martyris propria officia dictarū festiuitatum libere & licite recitare ac dicere possint & ualeant, & ꝙ festum predicte uirginis & martyris. Catherine sub minori duplici celebrare possint, & ꝙ pro introitu misse eiusdem dicatur officium Gaudeamus omnes &c. o. fo. 66. Et ffo. 70. conce. 165.

13 ¶ Idem Alexander concessit, ꝙ fiat festum sancti Gabrielis in uigilia scti Ioseph. o. fo. 66. Et ffo. 70. cō. 166.

14 De histo-rijs ppr. sanctorū. ¶ Idem Alexander concessit fratribus mi. de obser. ut in solēnitatibus sanctorum proprias eorum historias (& si in breuiario non sint) dicere & recitare ualeant. Et ꝙ festum omnium sanctorum dicti ordinis sub una celebritate possint dicti fratres dicere ac recitare. o. ffo. 261. conce. 679.

15 Cōicatio priuilegio IVLIVS. 2 concessit ꝙ omnia que sunt concessa in festiuitatibus sanctorum ordinis predicatorum omnia illa in festiuitatibus sanctorum ordinis minorum

(quis sint

(quiuis sint in maiori numero ꝙ festa predicatorum) concessa sint & esse intelligantur. B. fffo. 228. cōce. 533. Et fffo. 74. conce. 222.

16 LEO. 10. concessit fratribus mi. & monialibus sancte Clare, ut in ecclesijs monasteriorum suorum dūtaxat possint libere & licite celebrare publice ac solenniter officium de beatis martyribus Daniele Agnelo Samuele Romulo Leone Nicolao & Hugolino fratribus dicti ordinis mi. qui pro christi nomine mortem subiere libenter & martyrij palmam in sarracenorū partibus consequi meruerunt in officio duplici maiori in die determinanda a generali capitulo, Ac etiam in letanijs & alijs diuinis officijs prout de alijs sanctis per sedem apostolicam canonizatis memoriam facere, & ꝙ similiter propriam legendam eorum in choro cantare possint. B. fffo. 19. conce. 60. — De septē fratri. mi. martyri.

17 ¶ Eidem LEO concessit monialibus sancte Clare sub cura & regimine fratrū obser. existentibus ꝙ festa beate Agnetis & undecim milium uirginum perpetuis futuris temporibus sub ritu duplicis maioris celebrare libere & licite possint & ualeant. E. fffo. 42. cōc. 134. — Pro mon. sancte Clare.

18 ¶ Eidem Leo concessit ꝙ fratres mi. obseruantie possint celebrare festa in quorum honore ecclesie locorū suorum sunt dedicate sub ritu duplicis maioris etiā si secundum ordinarium essent de se simplicia. o. fffo. 93. conce. 284. — Pro sāctis uoca. lo. infra.

FRANCIS. PATER NOSTER SERAPHICVS.

1 GREGORIVS. 9. ascripsit beatum Franciscum cathalogo sanctorum maxima cum solennitate ac precepit omnibus ecclesiarum prelatis, ut quarto nonas Octobris celebrent & celebrandam denunciēt populis eiusdem sancti festiuitatem. b. fo. 19. Et ffo. 22. conce. 2. — Festiuitas

2 ¶ Eidem Gregorius dedit multas bullas seu breuia in fauorem stigmatum beatissimi patris nostri Francisci, que reperientur infra in dictione Stigmata. — Stigmata

3 SIXTVS. 4. concessit indulgentias celebrātibus fe

Indulgentia. ſtum beati Franciſci, ac uoluit ꝙ ſub ritu duplici cele- bretur ab omnibus, Et mandauit huiuſmodi feſtū ſub precepti uinculo obſeruari, ut ſupra in dictione Feſti uitas. §. 8 latius poſitum eſt.

4 Credo. ℂ Idem conceſſit ut poſſit dici Credo in octaua feſti- uitatis ſancti Franciſci. o. fo. 64. Et ffo. 68. conce. 133. ℂ Vide ſupra in dictione Credo declarationem hu- ius conceſſionis.

5 Prefatio. ℂ Idem Sixtus conceſſit ꝙ in die ſancti Franciſci & ſtigmatum eiuſdem poſſint fratres mi. dicere propriā prefationem in miſſa. o. fo. 63. Et ffo 67. cōce. 110.

6 prefatio. ℂ Idem Sixtus conceſſit ꝙ in omnibus miſſis uoti- uis ſancti Franciſci dicatur propria prefatio. o. fffo. 102. conce. 412.

7 Habitus ordi. ℂ Idem Sixtus conceſſit aliqua in fauorem habitus trium ordinum ſancti Franciſci, prout inuenietur in- fra in dictione Habitus, Et in dictione Indul. ple. quo ad fratres. §.

Collector Habitus. ℂ Multi alij ſummi pontifices conceſſerunt magnas remiſſiones peccatorum morientibus/ & ſepeliri ſe mandantibus in habitu ſancti Frāciſci, que etiā repe- rietur infra in dictione Indulgētie quo ad ſeculares. 6.

Indulgentia. ℂ Complures etiam ſummi pontifices conceſſerunt multas & uarias indulgentias & peccatorum remiſ- ſiones uiſitantibus eccleſias ſancti patris Franciſci, ac etiam in illis ſepeliri ſe mandantibus aut in earū clau- ſtris/ & cemiterijs, necnon porrigentibus manus adiu trices pro illarum edificatione, aut reparatione, & ſi- militer exhibentibus opera pietatis & charitatis fra- tribus mi. filijſꝗ prefati ſanctiſſimi patris, que omnia diſtincte reperientur infra in dictione Indulgētie quo ad ſeculares. 1. & 2. & 3. & 4.

Stigmata. ℂ Inſup nōnulla ptinētia ad Stigmata pdicti ſeraphi- ci patris ponūtur infra in dictione Stigmata. Vide ibi.

GENERALIS MINISTER.

1 CLEMENS. 4. ſtatuit ꝙ generalis miniſter ſta- tim poſtꝗ electus ſm regulam/ & conſtitutiones

ordinis fuerit, eo ipso uerus eiusdem ordinis genera-lis minister effectus curam animarum fratrum ipsius ordinis plenã habeat/ & libere gerat, Ac ꝙ fratres pre-dictos authoritate apostolica ligare/ac soluere, necnõ in eodem ordine agere ualeat/que ipse minister & dif-finitores capituli generalis iuxta constitutiones pre-dictas ordini & fratribus secũdum deum uiderint ex-pedire, ipsiqꝫ fratres huiusmodi generali ministro de-uote ac humiliter obediant, Et similiter uoluit ꝙ ge-neralis minister a prouintialibus ministris & custodi-bus secundum regulam & constitutiones ipsius ordi-nis absolui & ammoueri possit. B fo. 56. Et ffo. 139. conce. 307. Electio.

¶ Idem Clemens fecit aliam concessionem circa ele-ctionem generalis ministri, que posita est supra in di-ctione Electio. §. 3. uide etiam ibidem alias duas Ni-colai. 4. §. 5. & 6. a Electio.

CONCILIVM constantiense statuit, ꝙ generalis fratrum mi. possit & debeat conuentus sibi subditos ad statutum stricte obseruantie consonum iuxta de-clarationes & statuta sedis apostolice & ordinis redu-cere tollendo quascunqꝫ superfluitates siue sint in re-bus mobilibus uel immobilibus quantum fieri pote-rit bono modo habito semper cõsilio maiorum & di-scretorum sibi obedientium, ac eligendo (si opus fue-rit) aliquas personas que ipsas superfluitates authori-tate dicti concilij uendant cõmutent aut alias in ope-ribus conuentuum conuertant. B. fo. 26. Et ffo. 110. conce. 216. 3 Reformatio. Vendere.

VRBANVS. 5. concessit generali ministro posse dare de toto ordine suffragia indulgentiarum & ora-tionum ac beneficiorum spiritualium quibuscunqꝫ personis deuotis & benefactoribus ordinis nostri. b. ffo. 261. conce. 671. 4 Indulgentie.

EVGENIVS. 4. concessit, ut generalis possit tolle-re superflua a conuentibus sibi subiectis ac in alijs cõ-uentibus reponere aut cõmutare. o. ffo. 261. cõc. 676. 5

¶ Idem Eugenius districte precipiẽdo mãdauit pro-uintialibus & alijs fratribus ordinis mino. regularis 6

Appellatio. obseruantie, quatenus generalibus dicti ordinis pro tempore existentibus appellatione & contradictione quibuslibet remotis in omnibus & singulis licitis & honestis regulam & statutum ac ordinem ipsorũ obs. necnõ officium eorũdem generalium quomodolibet concernentibus que dicti generales pro tempore du-
Statuta. xerint ordinanda seu illis iniunxerint aut mandauerint humiliter pareant & intendant, ac illa efficaciter studeant adimplere.b.fo.47.

7 Exempti fratres. NICOLAVS.5.concessit generali ministro predicto, ꝙ omnes singulosq; fratres sui ordinis quãtũcũq; exemptos uirtute literarum apostolicarum preter regule & statutorum eiusdem ordinis formam possit uisitare corrigere & punire non obstantibus quibuscũq; in contrarium facientibus, prout latius positũ est su-
Correctio pra in dictione Correctio fratrum.§.9.

8 Celebrar. PIVS.2.concessit ꝙ generalis ordinis mino. possit dare authoritatem celebrandi per unam horam ante auroram eis quibus sibi uidebitur apostolica authoritate.o fo.97.conce.346.

9 De suspensione priuilegio. particularis. SIXTVS.4 concessit facultatem generali fratrum mi. ut quandocunq; uiderit fratres suos uel aliquem ipsorum abuti gratiis & facultatibus apostolicis ab eodem concessis, possit gratias & facultates huiusmodi suspendere ac suspensas tenere donec consulat summum pontificem, & ab ipso responsum accipiat.b.fo.
Collector 56.Et ffo.52.conce.58. ¶ Vide circa hoc aliam concessionem Leonis infra.§.ultimo.

10 Appellatio. ¶ Idem Sixtus concessit ꝙ generalis fratrum Carmelitarũ administret & exerceat ea que ad suum officiũ generalatus pertinent reiecta quauis professorum sui ordinis & aliorum sibi ratione dicti officij subditorũ appellatione que ab eius preceptis monitionibus ordinationibus & mandatis ac decretis regulari disciplina quomodolibet interponi cõtigerit.B.fo.99.Et ffo. 182 conce.446.

11 Appellatio. ¶ Idem Sixtus fecit consimilem concessionem sicut immediate suprapositam generali fratrum Augustinensium in suo mari magno.B.ffo.251.conce.636.

INNOCENTIVS.8.concessit ꝙ minister generalis possit benedicere corporalia & similiter prouintiales ministri.o.fffo.98.conce.354. 12 Bñdicere.

¶Idem Innocentius concessit,ꝙ generales & prouintiales ministri possint dispensare cum fratribus suis, ut ad sacerdotium promoueãtur in uigesimo secũdo anno completo hoc est cum attingentibus uigesimũ tertium annum.o.fffo.99.conce.356. 13 Dispensatio.

¶Circa hanc concessionem uide supra in dictione Dispensatio.§.15.& ibi notata. Collector

ALEXANDER.6.concessit generali ꝙ possit dispensare cum pizochis uiuentibus in cõmunitate seu in congregatione quando fecerunt uotum religionis sanctę Clarę ꝙ remaneant ibi, si commode non possunt ingredi monasteria sanctę Clarę.o. fffo.99. conce.360. 14 Dispensatio.

¶Quo ad factam cõcessionem uide supra in dictione Dispensetio.§.19. Collector

IVLIVS.2.concessit generali fratrum Augustinensium & fratribus sui ordinis motu proprio ac ex certa scientia & de plenitudine sue potestatis, ut quecũq; instrumenta exemplaria seu transumpta suorum priuilegiorum ostendantur firmata seu signata sigillo generalis predicti eandem omnino uim habeant ac illis eadem fides adhibeatur ac si plumbi signum uel sigillum haberent.b.ffo.267.conce.698. 15 Pro Augustinen. Priuilegia

LEO.10.confirmauit ac de nouo concessit immediate precedentem concessionem Iulij secũdi.b.fffo.123. conce.559. 16

¶Idem Leo cõcessit ꝙ generalis minister possit etiã extra capitulum declarare que res debeant dici uiles aut parui ualoris ad hoc ut intra & extra ordinẽ possint a fratribus dari, prout latius positum est supra in dictione Dare.§.2.Et habetur.O fffo.59.conce.175. 17 Declarat. Pauptas.

¶Idem Leo in bulla unionis statuit ꝙ ex tunc in perpetuũ eligatur minister generalis totius ordinis mi. a ministris & custodibus reformatis seu obseruantibus eiusdem ordinis,qui similiter sit reformatus & pro reformato habitus ã cõmunitate fratrum reformatorũ, Et ꝙ huiusmodi generalis habeat plenariam authori- 18 Electio.

tatem ſuper omnes fratres mi. prout ex regula ei cõpetit, Ac ꝙ miniſter iatus officium duret tantum per ſexennium, niſi antea uniuerſitati miniſtrorum prouintialium & cuſtodum uiſum fuerit debere deponi. Et ꝙ dicto ſexennio elapſo ſit abſolutus ab officio decernens irritum & inane quicquid in contrarium factum fuerit, ſicut magis late habetur ſupra in dictione Electio. §. 9. & 10. B ffſo. 29. conce. 93. & 94.

19 Electio. ¶ Idem Leo ſtatuit, ꝙ miniſter generalis eligatur ſemel ſeu uno ſexennio ex fratribus ciſmontanis & alio ſexennio ex ultramontanis &c. prout habetur ubi ſupra in dictione Electio. §. 10. B. ffſo. 29 conce. 95.

20 De gene. ſcõ cardi. ¶ Idem Leo ordinauit, ꝙ primus miniſter generalis ex obſeruantibus electus Rome tempore eiuſdem Leõis non obſtante illius aſſumptione ad cardinalatũ haberet officium generalatus uſq; ad primum ſequẽs capitulum generale in feſto penthecoſtes anno ſequẽti celebrandum. B. ffſo. 34. conce. 117.

21 Electio. ¶ Idem Leo annullauit electionem generalis magiſtri fratrum mi. conuentualium factam ſub nomine miniſtri generalis. B. ffſo. 33. conce. 116.

22 De uiſitatione mo. Excõmunicatio. ¶ Idem Leo conceſſit ꝙ generalis miniſter poſſit uiſitare & corrigere moniales ſeu ſorores quaſcũq;, que per prouintiales uel uiſitatores ſolite ſunt uiſitari precipiens monialibus & ſororibus huiuſmodi in uirtute ſancte obedientie ac ſub excõmunicationis late ſententie pena quatenus prefato generali pro tempore exiſtenti humiliter obediant, & ipſum ad uiſitationis officium admittant, ſeq; & earum domos ac monaſteria & loca uiſitari in capite & in membris & corrigi ac puniri libere permittant. B. ffſo. 34. conce. 118.

23 Oracula. ¶ Idem Leo conceſſit generali fratrũ mino. ut in ſuo capitulo generali de conſenſu eiuſdẽ capituli uel maioris partis declarare poſſit & ualeat utrum ab uſu alicuius conceſſionis uiue uocis oraculo facte abſtineri debeat. Poſtquam quidem declarationem tam fratres ꝙ moniales ſue obedientie ac ſi conceſſio huiuſmodi per ſanctitatẽ ſuã ſuſpenſa uel reuocata fuiſſet, cõceſſione eadẽ impoſterũ nõ utantur. o. ffſo. 94. cõce. 296.

 93

GLORIA IN EXCELSIS DEO.

ALEXANDER .4.concessit fratribus uniuersis ordinis mi. ꝙ in missis uotiuis tam solennibus ꝙ priuatis/quas de spiritu sancto/aut de beate uirgine Maria dixerint/possint dicere hymnum angelicum.s.Gloria in excelsis deo,ac ꝙ similiter possint dicere prosas/seu sequentias. b.fo.23.Et ffo.25.cōc.14. 1

SIXTVS .4.concessit fratribus mino. de obseruantia,ut possint dicere in omnibus missis uotiuis/Gloria in excelsis deo.o. ffo.69. conce.143. Et fffo.100. conce.389. 2

¶Aduertendū est/ꝙ licet supra dicatur in omnibus non per hoc est intelligendum posse in illis missis que in suis proprijs diebus carent illa,ut in missis dominicarum aduentus/& septuagesime/& consimilium. Collector

LEO .10 ad instantiā cuiusdam boni patris/qui ignorabat suprascriptas concessiones generales, concessit fratres predictos posse dicere/ Gloria in excelsis deo in missis uotiuis,quando uocantur ad loca ubi requiescunt corpora sanctorum ad celebrandum/uel ubi habetur de illis celebris memoria,sicut Ianue de sancto Ioanne Baptista/& in prouincia .s. Lodouici sancte Marie Magdalene.o.fffo.92 conce.256. 5

¶ Aduertat qui hec legerit, ꝙ hec ultima concessio stricta non derogat in aliquo precedētibus magis amplis,quia pontifex concessit conformiter ad relationē petentis,qui ut supra dictum est ignorabat concessiones latiores ante factas, aliter enim non est credibile ꝙ sic petisset. Collector

GVARDIANVS.

CLEMENS .4.concessit siue statuit, ut guardiani qui ſm statuta ordinis fratrū mi. aliter ꝙ per electionē instituuntur post ipsam institutionem seu prouisionem de ipsis factā curam animarū fratrum sibi subditorū habeāt, ipsosq; ligare ac soluere possint iuxta ipsius ordinis instituta .B.fo.56. Et ffo.139. cōce.309. 1 Absolo.

2 SIXTVS .4 fecit consimilem concessionem prioribus cōnuentualibus fratrum ordi. carmeli. ut habetur in suo mari magno. B. ffo. 182. conce. 446.

3 Habitus fratrum. ¶ Idem Sixtus statuit ꝙ habitus fratrum mi. nō possit dari his qui cū eo se elegerint sepeliri nisi per guardianos dicti ordinis uel eorum superiores. B. ffo. 149. conce. 364. ¶ Ista concessio habetur latius infra in dictione Habitus fratrum. §. 8. Vide ibi.

4 Priuilegia IVLIVS .2. concessit ꝙ omnia priuilegia & indulta apostolica concessa ordini fratrum predicatorum que spectant ad priores conuentuales dicti ordinis pertineant etiam ad guardianos conuentuum ordinis minorum. B. fffo 73. conce. 222.

Collector ¶ Quo ad prefatam concessionem est notandum, ꝙ authoritas priorum conuentuum ordinis predicatorum est ualde magna, nam ut patet in mari magno p̄dicti ordinis & alijs eorum priuilegijs semper parificantur priores conuētuum prioribus prouintialibus quo ad suos subditos, quod nunquam aut raro reperitur in priuilegijs fratrum mi. in guardianis & prouintialibus, attamen uirtute suprascripte concessionis poterunt guardiani uti omnibus concessis prioribus fratrum predicatorum saltem inquantum nō fuerit eis restrictum per superiores. ¶ Et circa huiusmodi authotitatem uide supra in dictione Absolutio ordinaria quo ad fratres post. §. 6. Et in eadem dictione prope finem ubi dicitur Tertium dubium est Vide etiam supra in dictione Apostate post. §. 7. & . 8. & . 10. Et in dictione Nouitius. §. 15.

5 Declarat. Scrupula. LEO .10. concessit ꝙ omnes fratres qui sunt nimis scrupulosi possint in omnibus dubijs conscientiam suam tangentibus secura conscientia stare determinationi sui guardiani uel cuiuscunq; alterius prelati. o. fffo. 93. conce. 287.

Collector ¶ Circa suprascriptam concessionem est aduertendum ꝙ in ipsa non conceditur aliqua authoritas noua prelatis ut ualeant determinare ad libitum suum sed solum prouidetur serenitati conscientiarum subditorum.

¶ De duratione autem officij guardiani uide infra in dictione Officia ordinis.§.4.

GRADVS SCHOLASTICI.

MARTINVS.5.precepit in uirtute sancte obedientie uniuersis cancellarijs rectoribus decanis magistris & doctoribus studiorum ac uniuersitatibus eorūdem ubicunq; consistentibus, ne fratribus mi.seu alicui eorum gradum & honorem ac insignia magisterij conferre presumant, nisi cursum per constitutiones apostolicas & ordinis prefati instituta perfecerint,& alias ad dictum gradum obtinendum idonei existant. Et decreuit ac statuit ꝙ quilibet ex magistris aut doctoribus qui alias q̄ ut predictum est gradū & insignia alicui fratrum predictorum impēdere presumpserit gradu & honore magisterij careat,atq; a lecturis & alijs actibus & gratijs magistralibus ipso facto sit perpetuo priuatus,& ad eadem de cetero inhabilis existat. Voluit insuper ꝙ eisdem penis subiectus sit quicūq; preter rigorem huiusmodi gradū & insignia predicta suscipere presumpserit.b.ffo.35.conce.40. 1 Prohibitō De ascensu ad gradū magisterij.

¶ Idem Martinus ordinauit ꝙ si aliqui ex fratribus predictis bachalariatum pro huiusmodi gradu magisterij assequendo contra constitutiones apostolicas & instituta predicta fuerint adepti & illius ꝑtextu libros sententiarum publice & actualiter legant a lectura huiusmodi sub penis supradictis penitus & omnino cessent,alias ab eorum superioribus penis grauioribus per censurā ecclesiasticā arceantur.b ffo.35.cōce.40. 2 De gradu bachalariatus.

¶ Idem Martinus statuit & decreuit, ꝙ quicunq; fratres ordinis mi. promoti fuerint ad magisterij gradū in theologia extra uniuersitates ab ipso ordine,per generalia capitula ad hoc specialiter electas & absq; eo ꝙ ante perfecerint debitos cursus suos ac sententias legerint in uniuersitatibus approbatis & actus legitimos & cetera exercitia scholastica fecerint, prout legere & facere tenentur de consuetudine uel de iure in huiusmodi rite magistrandi scientia minime de ce- 3 De gradu magisterij

tero gaudere possint beneficijs officijs honoribus gratijs priuilegijs exemptionibus & indulgentijs tam in dicto ordine q̄ extra magisterio in theologia apostolica uel alia quauis authoritate concessis & quibus magistri huiusmodi uti & gaudere consueuerunt. Et insuper statuit ꝙ predicti promoti non seruatis modis debitis non habeantur nec reputentur pro magistris in theologia nec se pro talibus gerere & nominare presumant, Ac etiam mandauit generali & prouincialibus ministris custodibus & guardianis & eorum uices gerentibus ac generalibus & prouincialibus capitulis & officialibus quibuscunqꝫ predicti ordinis sub pena excōmunicationis quatenus has literas (quantum unūquēqꝫ concernunt) obseruent & faciant inuiolabiliter obseruari non obstantibus quibuscūqꝫ in contrarium facientibus. b. ffo. 39. conce. 43.

Excōmunicatio.

4 EVGENIVS. 4. predictas literas Martini. 5. quo ad promotos post ipsarum literarum datam uoluit inuiolabiliter obseruari, & eas authoritate apostolica confirmauit inferendo illas de uerbo ad uerbum in suis literis b. ffo. 39. conce. 43.

5 INNOCENTIVS. 8. statuit ꝙ nullus frater ordinis predicatorum reformatorum seu de obseruantia prouintie aut congregationis hispanie magisterij uel alium quēuis gradum in sacra theologia (nisi ad illum per capitulum dicte congregationis expositus fuerit) assumere quoquomodo presumat. Et ꝙ si qui aliter promoti fuerint pro non promotis habeantur, & ad huiusmodi gradus inhabiles sint & esse censeantur. b. ffo. 75. conce. 194.

Pro fratri. predica. Particularis pro hispania.

6 ¶ Idem Innocentius concessit fratribus ordinis p̄dicatorū, ut quia propter magnas expēsas que in suscipiendis gradibus in uniuersitate Salmantina fiunt fratres predicte congregationis gradus huiusmodi ibidē suscipere cōmode non possunt ꝙ regens & in eius absentia prior domus sancti Stephani Salmantine dicte congregationis possit conferre quoscunqꝫ gradus fratribus eiusdem congregationis per eandem cōgregationem expositis & admissis per capitulum uel ma.

Pro fratri. predica. Particularis pro hispania.

giſtrum generalem dicti ordinis dũmodo ſic graduã-
di percherit curſus ſuos.b.ffo.75.conce.294.

HABITVS FRATRVM ET MONIALIVM.

GREGORIVS.9.prohibuit ne ſub habitu fra- 1
trum mi.liceat alicui extra obedientiam euaga Apoſtate.
ri,Et ꝙ ſi quiforte preſumpſerint liceat generali & ꝓ-
uincialibus miniſtris & cuſtodibus in fratres ipſos(do
nec reſipuerint)cenſuram eccleſiaſticam exercere.B.
ffo.201.conce.494.

¶Idẽ Gregorius precepit eccleſiarũ ꝑlatis quatenus 2
mulieres deferẽtes habitũ.S.Clare, & cũ illo ꝑ ciuita- De habitu
tes diſcurrẽtes(cũ reqſiti ſup hoc fuerint)monitione ſcẽ Clare.
premiſſa compellant per cenſuras eccleſiaſticas ad di-
mittẽdũ huiuſmodi habitũ.b.fo.21.Et ffo.23.cõce.7.

¶Aduerte ꝙ idẽ iudiciũ ẽ habẽdũ de deferẽtibus ha- Collector
bitũ tertiariarũ ratione cõmunicationis priuilegiorum.

INNOCENTIVS.4.ꝓhibuit, ut nullus qui nõ ſit 3
de religione fratrũ mi.habitũ dictorum fratrũ aut ita cõ- Prohibi-
ſimilẽ ꝙ ꝓpter eũ frater minor credi poſſit deferre ꝑ- tio.
ſumat abſq; mãdato ſpeciali ſedis aplice, Et mãdauit
eccleſiarum ꝑlatis,quatenus ſinguli eorum in ſuis ciuitati-
bus & diocesibus illos q ꝑfatũ habitũ uel ei conſimilẽ
deferre ꝑſumpſerint ad deponendũ ipſum(cũ a fratri-
bus predictis fuerint requiſiti)monitione premiſſa
eos compellant.B.fo.19.Et ffo.103.conce.216.

CLEMENS.4.inhibuit,ut nullus ſiue religioſus ſi- 4
ue ſecularis habitũ fratrũ minorum aut ita conſimilẽ ꝙ Prohibi-
propter eum frater minor credi poſſit deferre ualeat tio.
abſq; mãdato ſpeciali ſedis apoſtolice,Et ut dicta inhi-
bitio maiorẽ cõſequatur effectũ ſtatuit ut ij qui habi-
tum predictum uel ſibi conſimilem deferre ꝑſumpſe-
rint ad deponendum ipſum per diocesanos locorum
(cum requiſiti fuerint)monitione premiſſa per cen-
ſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compel
lantur.B.fo.58.Et ffo.141.conce.333. 5

¶Idem Clemens & multi alij ſummi pontifices ſuc- Indulgen-
ceſſores eius cõceſſerũt plures ĩdulgẽtias moriẽtibus tie.

& sepultis cum habitu fratrum mi. ac etiam osculantibus habitum ordinis prout habetur infra in dictione Indulgentie quo ad seculares ratione habitus.6. Ac similiter alie indulgentie pertinētes solum ad fratres ratione huiusmodi habitus habentur in dictione Indulgentie plenarie quoad fratres infra.§.3.

6 Sepultur. SIXTUS.4.decreuit ut illi qui ordinauerint ꝙ eorum corpora cum habitu fratrum mino.sepeliantur, ne ex illorum corporum delatione ad alia loca ordini & fratribus predictis iniurie irrogentur tales apud fratres huiusmodi esse sepeliendos etiam si alibi suā elegissent sepulturam nisi fiat de licentia & assensu fratrum domus loci in quo tales decesserint.B.fo.60.Et ffo.144 conce.350.

Collector ¶Sed circa hoc uide infra.§.ultimo decretum Leonis in concilio Lateranensi,quod in foro exteriori saltem debet obseruari.

7 Pro carmelitanis ¶Idem Sixtus fecit consimilem concessionem fratribus carmelitis per eadem uerba addendo ꝙ contradictores sint excomunicati.B.ffo.182.conce.444.

8 Pro p̄dica. & mi. insimul. ¶Idē Sixtus in bulla Aurea statuit ꝙ habitus fratrū mi.uel predicatorum non possit dari his qui cum eo elegerint sepeliri nisi per guardianum domus ordinis mi.aut per priorē domus ordinis predicatorum loci in quo tales decedere contigerit uel per superiorē prelatum dictorum ordinum aut cui illi duxerint cōmittendum & non per aliū quauis authoritate uel prelatione fungentem exhiberi debere. Et uoluit ꝙ predictum habitum recipientibus declarare teneantur predicti prelati ꝙ apud eorum ordinum ecclesias debent sepeliri quorum habitum suscipiunt. Ac etiā statuit ꝙ illorum sic indutorum cadauera discooperta nullo pallio uel tegmento super imposito cum habitu huiusmodi ad sepulturam deferri possint,nō obstante ordinariorum locorum (etiam sub censuris) prohibitione & ordinatione qualibet in contrarium edita.B.fo.65 Et ffo.149.conce.364.

9 De ele- ALEXANDER.6.concessit ut generalis fratrum mi.per semetipsum & prouinciales cum cōsensu ma-

ioris partis capituli prouincialis possint fratres predi ctione in-
cti ordinis quos incorrgibiles repererint tanquã mẽ- corrigibi-
bra putrida habitu sui ordinis expoliare & a se eijce- liũ ab or-
re, ac etiam possint contra quoscunq; eis forsan auxi- dine.
lium consilium uel fauorem publice uel occulte, dire
cte uel indirecte aut quouis quesito colore super di
cti habitus delatione prestantes etiam cuiuscunq; di-
gnitatis gradus ordinis uel conditionis existant per
censuras ecclesiasticas & alia iuris remedia appella-
tione postposita procedere. b.ffo. 56 conce 65.

LEO. 10. in concilio Lateraň. statuit, q; uolentes se- 10
peliri in habitu fratrum, si non sunt persone in clau- Sepultu-
stro seu in eorum domibus degentes, sed in proprijs re.
domibus habitantes in eorum ultima uoluntate se-
pulturam sibi alibi libere eligere possint. B. fffo. 26.
conce: 77.

HEREDITAS ET HEREDES.

CLEMENS. 4. concessit q; fratres ordi. predica- 1
torum & mi. possint libere succedere in bonis Pro fra.
temporalibus in quibus succederent in seculo existẽ- mi. & pdi.
tes ac bonorum ipsorum possessionem apprehende-
re & uendere libere bona ipsa eorũq; precium in uti-
litatem suam conuertere, prout prelatis dictorũ or-
dinum melius uisum fuerit expedire. B. fo. 64. Et ffo.
147. conce. 357.

¶ Aduerte q; huiusmodi concessio seu relaxatio non Collector
habet locum in fratribus mi. obseruantibus, ut in se-
quentibus. §. apparebit presertim in. §. 2 & 4.

CLEMENS. 5. in declaratione Exiui de paradiso su- 2
per regulam fratrum mi. declarauit q; huiusmodi fra- Pauptas.
tres nullatenus sunt capaces successionum heredita-
tum ac etiam q; non licet eisdem fratribus ualorem
hereditatum talium uel tantam earum partem quasi
sub modo & forma legati dimitti sibi facere q; presu- Legata.
mi possit hoc in fraudem fieri uel sic dimissa recipere
quin potius ista sic fieri ab ipsis fratribus, simpliciter
prohibuit. B. fo. 14. in tractatu. 3. Et ffo. 15. tractatu. 2.

3 SIXTVS .4.concessit fratribus min. q hereditates
Pro conuentuali. frat. mi. que eisdem fratribus (si in seculo forent) ab intestato deferrentur deferantur ecclesie Romane, que ipsoru fratrum (quo ad hoc) locum tenet, & q ipsa ecclesia romana quo ad hereditates & bona que ordinem predictum ingredientes sub conditione mortis eorum sine filij restituere grauati sunt filiorum locum teneat, sicut tenent monasteria proprium habentia in comuni si tales fratres grauati illum ingressi forent. Ac cocessit ut predicta petere possit syndicus romane ecclesie prefato ordine deputatus. B. fo. 63. Et ffo. 146. cõ. 356.

Collector ¶ Aduerte hic q huiusmodi concessio non est intelligenda de fratribus mino. obser. ut inferius ab eodem Sixto & ab alijs summis pontificibus declaratur.

4 Pro obseruantibus frat. mi. ¶ Idem Sixtus postea declarauit se fecisse predictam concessionem generalem ad importunam nonnullorum instantiam, ac ex certa scientia decreuit & declarauit sue mentis & intentionis fuisse & esse, ut predicte sue litere & alie similes circa successionem hereditatum huiusmodi ad fratres de obseruatia nullatenus extendantur, nec eis aut illorum alicui in iudicio uel

Pauptas. extra quoquomodo suffragentur, nec aliquã uim habeant, Et insuper mandauit predictis fratribus de obseruantia in uirtute sancte obedientie, ne quis eorum cocessione huiusmodi uti uelle presumat quouis pretextu uel colore, quinimmo in puritate seu regule (sicut eos decet) permaneant, perinde ac si litere predicte nunq emanassent. B. fo. 22. Et ffo. 106. conce. 228.

5 Pro fratri. obs. transeuntibus ad conuentua. fres mino. ALEXANDER .6. decreuit q nullus professor ordinis mi. de obseruantia si illam egrediatur & ad conuentuales eiusdem ordinis transeat possit succedere parentibus propinquis uel affinibus suis quouis modo nec aliquo indulto predictis fratribus conuentualibus ad hoc concesso gaudere ualeat, nec etiam conuentus aliquis occasione fratris sic egredientis ius aliquod in hereditate uel quauis alia successione propinquorum acquirere & consequi possit. b ffo. 56. cõ. 66.

6 ¶ Idem Alexander iterum decreuit & prohibuit supradicta. s. ne fratres obser. transeuntes ad conuentua

fes succedere propinquis ualeāt ullo modo, prout habetur sub autentico ad literam sicut in cōcessione immediate suprapoſita. B. ffo. 135. concc. 302.

¶ Circa prefatam materiam hereditatum est aduertendum & notandum, ꝗ licet fratres minores nō ſint capaces hereditatum & relictorum in teſtamentis, ut patet in clementina Exiui de paradiſo. §. Cum igitur de uerbo. ſigni. & per Bar. in l. Ne quicquam. §. ſi. ff. de offi. procon. Et in. l. i. colū. 4. de lega. primo, attamen eis cōſulitur duplici remedio ſm doctores, Prout infra explicatur. Collector

¶ Primo enim eis conſulitur iudicis officio, poteſt nā ꝗ iudex ex ſuo mero officio (nemine etiam ad hoc agente) compellere heredem uel illum qui ad hoc tenetur ex teſtamento uel alias quatenus relicta monaſterio uel fratribus mi. adimpleat & exoluat, Hoc tenet ſpeculator in titulo de inſtru. edi. §. Nunc uero aliqua, Et Barto. in dicta. l. Ne quicquam. Et Ioan. and. in c. Si heredes de teſta. Et eſt uidendus ad hoc Baldus in l. Nulli. C. de epiſcopis & clericis. Primum remediū.

¶ Sed circa hoc querendum uidetur, que potuit eſſe ratio iſtius deciſionis, & unde potuit hoc uenire, Reſpondeo ꝗ duplex eſt ratio huius.

¶ Prima quia intereſt reipublice, ne ſua quis re male utatur, ut in. §. Sed hoc tempore. inſti. De his qui ſunt ſui uel alieni iuris. Et ratio etiam iſtius rationis eſt & colligitur a fortiori, nam ſi commodum rei priuate prouidetur, ut in. l. Si quis. C. de bonis preſcript. fortius circa uoluntates defunctorum prouidendum eſt, De quo per Andre. Barba. in rubrica. De teſta. colum. 25. Et per glo. in. l. Iulianus. ff. de actio. emp. Et arguit bene in hoc caſu Barba. in capitulo. Tua nobis. colū. 26. de teſtamen. Facit etiam quia anima cunctis rebus preferenda eſt. l. Sancimus. C. de ſacroſanctis eccle. Et autentica Multomagis. & cetera. Numeroſa eſt ad hoc iurium ſilua.

¶ Secūda ratio eſt, quia ſi ita cautū nō eſſet accideret nōnunꝗ ꝗ pium propoſitū defunctorū improba fraudātium caliditate celaretur, ut dicit ille tex. notabilis

In dicta.l.Nulli.C.de episcopis & clericis, Et quia magna est pietas uoluntatem illius adimpleri qui nec se iuuare nec iam loqui potest, idcirco uoluntati defunctorum ita consultum iri oportet. Et hec quo ad primum remedium quo fratribus mi.& alijs pauperibus non ualentibus agere in iudicio subuentum est officio indicis.

Alterum remediũ. ¶ Deinde autem dicunt doctores, ꝙ alterum remedium quo dictis fratribus consulitur est illud quod sequitur, Quia cuilibet de popula competit actio, & quilibet de populo potest ager ut legata & relicta ad pias causas puta monasterio hospitali fratribus pauperibus & similibus adimpleantur per illum qui grauatus est a testatore uel alias ad hoc tenet᷑. Iura sunt de hoc bona textus in auctentico De ecclesiasti.§. Si autẽ col la.9. Et tenet Lodouicus Romanus in autentica Simile.C.ad legem falci. Et fuit originale dictum Angeli de perusio in dicto.§. Sin autem Ita etiam tenet Bart.in dicta.l.Ne quicquam, qui allegat.l.Hereditas.ff.de pe. here.&.l Quintus.de annuis legatis. Et est de hoc casu formalis & in indiuiduo in dicta.l. Nulli.C.de episc. & cle.in fine. Et facit ad hoc dictum Barba.in.c. Nos quidem, colum.16.De testa.

¶ Predicta fuerunt praticata in ciuitate Barbastri regni Aragonie, ubi ab uniuersitate eiusdem ciuitatis fuit constitutus procurator seu syndicus ad agendum pro legatis relictis monasterio beati Francisci anno a natiuitate domini.1521.quo tempore erat aduocatus dicti monasterij quidam insignis utriusꝙ iuris doctor nomine Leonardus de sancto Angelo, qui suprascripta fundauit & exequi fecit.

Collector ¶ Ex supradictis infertur, ꝙ grauiter erant prefati fratres procurantes ꝙ eis uel suis ecclesijs aut conuentibus relicta in testamentis petantur in iudicio per syndicum deputatum a sede apostolica utendo concessionibus relaxatiuis & destructiuis perfectionis uoti paupertatis in sua regula promissi, presertim cum facilius possint obtinere huiusmodi relicta in testamẽtis medio alicuius deuoti iudicis qui i hoc potest prouidere

Nota.

uidere ex suo officio, ut supra probatum est, aut utē do altero remedio .s. q aduocatus fratrum/uel alius amicus spiritualis petat predicta in iudicio/ non tamen ut syndicus, sed sicut unus de populo, cum etiā hoc fieri possit/sicut supradictum est.

HERESIS ET HERETICVS.

GREGORIVS .9. concessit fratribus mi. proficiscentibus in terras infidelium/ut eos qui per apostasiam/scisma/uel heresim a christiani nominis confessione recesserunt/inter sarracenos habitantes absoluere possint/ac reconciliare per gratiam penitētie salutaris, si ad obedientiam ecclesie Romane in humilitatis spiritu uoluerint redire. b. ffo. 22. conce. 4. Pro terris infideliū. Absolo.

¶ Idem Gregorius concessit prefatis fratribus euntibus ad terras infidelium, ut eos qui quomodolibet fide/uel unitate Romane ecclesie discesserunt/si redire uoluerint & satisfacere pro cōmissis/ualeant recōciliare/& ab anathematis uinculo/quo tenentur absoluere. b. ffo. 257. conce. 641. Pro terris infide. Absolo.

ALEXANDER .6. concessit omnibus & singulis platis ordinis mi de obs .s. generalibus, puintialibus & custodibus plenarie facultatē & authoritatē, ut quoscūq subditos suos fres uidelicet & moniales .s. Clare/ ac utriusq sexus tertiarios inuenerint in aliquo heresis uel apostasie crimine lapsos ac ēt relapsos possint eos absoluere & cū eis dispēsare, prout magis late positū est hoc supra in dictione Absolutio ordinaria quo ad fratres. §. 14. o. fo. 65. Et ffo. 70. conce. 164. Absolo quo ad fres &c. relapsos.

¶ Reliqua attinentia ad huiusmodi materiam pressertim circa inquisitores huius criminis uide infra in dictione Inquisitores heretice prauitatis. Collectio

IEIVNIVM.

EVGENIVS .4. concessit ut congregatio generalis fratrum mi. de obser. haberet facultatē declarandi & ordinandi in quibus locis & prouintijs fra- Capitulū generale. Declarare

tres debeant ieiunia regule in cibis quadragesimalibus obseruare, & in quibus debeant patrum consuetudines imitari uel aliter se habere. B. ffo. 112. cō. 242.

a
Pro monia . sāčte Clare.
¶ Idem Eugenius ordinauit ꝙ moniales sancte Clare ac tertij ordinis sancti Francisci & aliorum ordinū sorores (s. sub obedientia predictorum fratrum existentes) solummodo teneantur ad illa ieiunia ad que fratres ordinis mi regulam obseruātes obligati sunt, & eosdem modos seruent in cibis quadragesimali tēpore exceptis debilibus & infirmis. b. fo. 46. Et ffo. 42. conce. 47.

3
Pro secul. labo.
¶ Idem Eugenius declarauit ꝙ artifices laboriosas artes exercentes & rustici siue diuites sint siue pauperes non tenentur ieiunare sub precepto peccati mortalis, & ꝙ absolui possunt & induci ad eleemosynas ꝙ alia bona faciēda. o. fo. 61. Et ffo. 64. conce. 82. Et fffo. 101. conce. 395.

Collector
¶ Aduerte ꝙ hoc precipue intelligendum est de rusticis laboratoribus qui arant uel similia opera laboriosa exercent.

4
Pro infir. fratri.
SIXTVS. 4. concessit ꝙ fratres mi. non potentes ieiunare bono modo propter infirmitatem uel debilitatem non teneantur. o. fo. 62. Et ffo. 66. conce. 99. Et fffo. 100. conce. 384.

5
Pro itinerantibus fratribus.
LEO. 10. concessit ꝙ fratres mi. obseruantes itinerantes possint transferre ieiunium diei itinerationis in alium diem. o. fffo. 93. conce. 286.

6
Pro fratri. predic.
¶ Idem Leo concessit ꝙ fratres mino. maxime predicatores actu predicantes / possint sine scrupulo / & seruato ieiunio anticipare / seu retardare iuxta suam cōsolationem horas comestionis / & serotine collationis. o. ffo. 93. conce. 282.

IMPETRARE LITERAS APOSTOLICAS.

1
PAVLVS. 2. statuit ꝙ nullus fratrum mi. impetrare nec recipere ualeat aliquem locum seu domum / etiam quarūcūꝗ literarū apostolicarū obtētu nisi de licentia generalis uel prouincialis illius ꝓuin-

tie in qua locus seu domus ipsa cõsistit, nisi his literis fuerit spãliter derogatũ. B fo. 10. Et ffo. 94. cõ. 203. Licentia.

SIXTVS .4. districte inhibuit fratribns mi. ne impetrent a protectore ordinis aliquas literas/uel aliqd aliud ultra ꝙ sua facultas in regula predictorũ fratrũ cõcessa se extendit, nec etiã taliter ab alijs impetratis utantur, Et uoluit ꝙ qui contrarium fecerint/puniantur illis penis/quibus essent pro grauibus culpis fm statuta dicti ordinis puniendi, ac ꝙ tales sint nihilominus priuati actibus legitimis/& a suis (si que habent) suspẽsi officijs ipso facto. B fo. 51. Et ffo. 137. cõc. 303. a Protector ordinis.

¶ Qualiter nequeant predicti fratres impetrare aliquod indultum apostolicum/presertim exemptionẽ sine licentia suorum superiorum/uide supra in dictione Exempti fratres. §. 8. & .9. Collector

INCARCERARE.

¶ Qualiter possint/& debeant fratres mino. delinquẽtes incarcerari/uide. s. in dictione Correctio. Collector

INCORRIGIBILES FRATRES.

INNOCENTIVS .4. prohibuit districte, ne fratres mino. quos generalis aut prouintiales ministri ab ordine pro suis culpis & demeritis expellere cõtigerit/ꝓsumant ꝑdicare/seu confessiones audire/uel docere, nisi de licẽtia sedis apostolice aut ꝑdictorũ ministrorũ ad aliũ trãsierint ordinẽ, ꝓut latius positum est supra in dictione Eijcere seu expellere ab ordine. §. 1. Et habetur. b. fo. 36. Et ffo. 120. conce. 261. De eiectis ab ordine.

ALEXANDER .6. concessit facultatem generalibus & prouincialibus ordinis mi. ut possint fratres incorrigibiles habitu ordinis expoliare & ab ordine eijcere, ꝓut habetur supra in dictiõe Habitus fratrũ. §. 9. a

INDVLGENTIE.

¶ Circa materiam indulgentiarum ordini minorũ & Collector

aliijs ordinibus mendicantium concessarum sic proceditur, Primo enim ponuntur indulgentie tam plenarie q̄ alie que solum attinent ad personas fratrum minorum/necnon ad alias personas que eorūdem priuilegijs uniuersaliter gaudere possunt. Deinde subiunguntur alie, que pertinent ad seculares deuotos ordinis tam ecclesias eorūdem fratrum uisitātes q̄ aliqua alia respectu ipsorum fratrum & suorum monasteriorum facientes ac etiam multe alie indulgentie prout infra patebit.

INDVLGENTIE QVO AD FRATRES.

Collector ¶ Circa indulgētias pertinentes solum ad fratres sic proceditur, ꝙ primo ponuntur omnes plenarie, secūdo adduntur alie indulgentie non plenarie, tertio superadduntur indulgentie stationum urbis Rome ac Hierusalem & sancti Iacobi.

INDVLGENTIE PLENARIE QVO AD FRAT.

1 Pro artic. mortis. MARTINVS. 5 Eugenius. 4. Nicolaus. 5. Calixtus. 3. Pius. 2. ac Sixtus. 4 concesserunt omnibus fratribus mi de obseruantia indulgentiam plenariam in articulo mortis. Et ꝙ si occurrerit casus ꝙ non possint confessorem eligere seu habere, tunc etiā consequantur predictam indulgentiam, si sunt in statu gratie. b. ffo. 71. conce. 185.

2 Pro receptione habitus. ¶ Idem Sixtus concessit, ꝙ in receptione habitus cuiuslibet trium ordinum sancti Francisci sit indulgentia plenaria recipienti, & similiter in die obitus. o. fo. 63. Et ffo. 67. cō. 104. Et fffo. 95. cō. 32c.

3 Pro festis domine nostre. Ex priuil. Augusti. ¶ Idem Sixtus concessit uere penitentibus & cōfessis uisitantibus ecclesiam s. Marie de populo urbis Rome in festiuitatibus precipuis domine nostre. s. Conceptionis Natiuitatis Purificationis Annunciationis Visitationis & Assumptionis a primis uesperis usꝙ ad secundas uesperas plenariam omnium peccatorum remissionem & ueniam. B fffo. 77. cōce. 233.

¶ In capitulo generali celebrato in dicto conuentu mõtis lucij ubi fuit electus.13.uicarius generalis ordinatum est,quod fratres laici qui ad clericatum seu ad sacros ordines contra generale statutum promoti fuerint uel in posterum promotionem procurare directe uel indirecte presumpserint ad ulteriores gradus uel ordines nulla ratione promoueantur. Et si in officiis prelationis presidentie uel confessionis extiterint sint ipso facto priuati.ffo.244.tractatu.2. Statutũ generale.

LEGATA

SIXTVS.4.concessit quod prelati frattum mi. obs.possint commutare legata facta locis eiusdẽ ordinis ad unum usum in alium sine scandalo tamen illorum ad quos solutio talium legatorum pertinet. o fo.52.Et ffo.66.conce.95.

¶ Vide circa hmõi materiam aliqua in dictiõe Eleemosynas.§.2.& in dictiõe Heredes seu hereditas.§.2. Et attende ad illa que ponuntur ibidem post omnes concessiones. Collector

LICENTIARE FRATRES VEL MONIALES.

Collector ¶ Qualiter fratres mi. obser. possint & debeant licentiari a prelatis ordinis uel a sede apostolica, ut licite ualeant transire ad alium ordinem/uel ad conuentuales eiusdem ordinis/habetur supra in dictione Apostate in oibus .§. ubi in margine est hec dictio Licētia/seu licentiare, & in dictione conuentuales fratres .§.1. & in dictione Exēpti fratres, presertim in tribus .§. ultimis. Sed quomodo moniales sancte Clare possint licentiari, ut ad alia monasteria eiusdem ordinis ualeant transire seu alias habetur supra in dictione Clausura monialium, uide ibi.

LOCA FRATRVM.

Collector ¶ Qualiter fratres mi. possint recipere loca eis oblata pro sua habitatione, uide supra in dictione Edificare .§.4. & .9. usq; ad .12. ac .17. & .18. & .20. Et qualiter huiusmodi loca possint deserere, uide etiā ubi supra eadem dictione .§.7. & .13. & .14.

MAGISTER.

1 Gradus scholastici MARTINVS .5. ꝓhibuit / ut nullus frater mi. possit recipere gradum magisterij, nisi perfecerit cursum sibi prefixum per cōstitutiōes apostolicas/ & ordinis, ac nisi alias idoneus fuerit. b fo. 35 conce. 40. ¶ De hoc multa alia posita sunt supra in dictione Gradus scholastici per totam.

2 Electio. LEO .10. in bulla concordie statuit ꝙ fratres mi conuentuales eligant unum fratrem super seipsos, qui magister generalis fratrum conuentualium in perpetuū appellari debeat. b. ffo. 32. conce. 105.

3 Electio. ¶ Idem Leo statuit ꝙ in singulis prouincijs deputati ad regimen fratrum mino. conuentualium uocentur magistri prouinciales fratrum conuentualium, & ꝙ hmōi magistri a ministris prouincialibus regularis obseruantie cōfirmationē electionū de eis pro tpe fa-

ctarum petere teneantur eo modo quo uicarijs ꝓuinciales olim de familia seu de obseruantia nūcupati antea ministris ꝓuincialibus fratrū conuentualium petere tenebantur. B fffo. 32. conce. 106.

¶ Idem Leo reuocauit cassauit & annullauit ac uiribus penitus & omnino carere decreuit electionē primi magistri generalis fratrum mi. conuentualiū, quā sub nomine ministri generalis fecerant fratres conuētuales, ac nullā fuisse declarauit sed eam pro electione canonica magistri generalis confirmauit & approbauit ac si facta fuisset sub nomine magistri generalis cōuentualium. B fffo. 33. conce. 116. 4 Electio.

MENDICARE.

ALEXANDER. 4. declarauit, ꝙ mēdicitas fratrum mino & predicatorum est meritoria, & ꝙ predicti fratres tam ab his quibus predicant q̄ ab alijs possunt petere & recipere eleemosynas, ac ꝙ illi possunt huiusmodi eleemosynas eisdem fratribus salubriter elargiri. b. ffo. 26. conce 15. 1 Pro fra. pdica. & mi.

¶ De hac materia uide supra in dictione Eleemosynas. §. 4. &. 5. ac. 7. & infra in dictione Paupertas. Collector

MINISTRI.

¶ Distinctio priuilegiorum attinentiū ad ministros.

¶ Cōtēta i priuilegijs respectu mīstroꝝ sic distīguūt, Collector

¶ Primo enim sunt ibi aliqua que particulariter pertinent ad ministrum generalem, & hec habentur simul in dictione Generalis minister.

¶ Scđo reperiūtur aliqua que attinent ad ministros ꝓuinciales uel in pticulari aut in qbus est eis cōis auctoritas cū generali, & hec subdistinguūtur, nā quedā cōcernūt electionē aut institutionē hmōi ministroꝝ. Ista aūt habētur supra in dictione Electio. §. 3, &. 6. & in dictione Cōfirmatio platoꝝ. §. 2. Alia spectāt ad authoritatē eorūdē circa collationes officiorū pdicationis & cōfessionis & circa absolutiones & declaratiōes. Et

hec continẽtur infra.§.1.&.2.&.4.&.5.& in reliquis sequentibus usq; ad.11. Alia respiciunt eorũdem ministrorum facultatem ad cõferẽdas nonnullas indulgẽtias,& ista habentur in.§.3.&.12. ¶Vltimo reperitur ubi supra aliquod pertinens ad huiusmodi ministrorũ durationem,hoc autem ponitur in.§.13.

1 Predicatio. CLEMENS.4.concessit ut singuli prouinciales ministri in suis prouincijs cum diffinitoribus in prouincialibus capitulis cõgregati habeant plenã auctoritatem & facultatẽ examinandi & approbandi fratres mi.in sacra pagina eruditos & eis officiũ predicationis(deum habendo pre oculis) committendi sicut ex forma regule poterat solus minister generalis.b.fo.56.Et ffo.139.conce.311.

2 Absolo. ¶Idem Clemẽs circa absolutiones fratrum cõcessit multa ministris ꝓut late habeṫ supra in dictiõe Absolutio ordĩaria quo ad fratres.§.2.&.4.&.6.&.9.ac.10.

3 Indulgen. VRBANVS.5.cõcessit ꝙ ministri ꝓuinciales de suis ꝓuincijs possint dare suffragia indulgentiarum & orationum ac beneficiorũ spiritualium ꝓcuratoribus & alijs qbuscunq; ꝑsonis deuotis & benefactoribus ꝑdicti ordinis.b.ffo.261.cõcẽ.671.Et ffo.109.conce.454.

4 Dispensatio. SIXTVS.4.concessit generali & prouincialibus ministris frãtrũ mi.auctoritatẽ copiosam dispensandi cũ suis subditis defectum natalium patientibus & cũ irregularibus,prout positum est ad longum supra in dictione Dispensatio in.§.10.&.12.

5 Confessores. ¶Idem Sixtus concessit prouincialibus carmelitaꝶ, ut in suis capitulis possint instituere fratres suos confessores,prout habetur supra in dictione Confessiões & confessores.§.3.

6 Dispensatio. Sacerdotium. INNOCENTIVS.8.cõcessit ꝙ generalis & prouinciales ministri possint dispensare cum fratribus suis, ut ad sacerdotiũ promoueãtur in anno.22.anno completo hoc est cũ attingentibus.23.annum.o.fo.63.Et ffo.69.conce.158.Et ffo.99.conce.356.

7 Casus reseruati. ALEXANDER.6 quo ad reseruationem casuum & absolutionem a quibuscũq; delictis & cẽsuris dedit magnam auctoritatem ministris generalibus & pro-

umcialibus,prout supra positum est in dictione Abso
lutio ordinaria quo ad fratres.§.13.&.14.&.15.
IVLIVS.2.concessit ut prouinciales fratrum mi.ha 8
beant eandem potestatem seu facultatē circa monia Moniales
les sancte Clare eorū cure cōmissas,quā Vrbanus.4.
in regula predictarum monialiū commisit protecto
ribus dicti ordinis.b.ffo.72.conce.220.
¶ Aduertendū est circa hanc cōcessionem,quia mul Collector
ti abusi sunt illa credentes q facultas & potestas supra
dicta collata protectori nunq fuerit restricta,propter
quod nōnulli prouinciales & alij prelati superiores da
bant licentiam aliquibus personis ad ingrediendū mo
nasteria predictarum monialium,cum tamē hoc fue
rit expresse prohibitū predicto protectori per Martī Nota.
num.5.ac etiam quibuscūq; alijs prelatis,prout dictū
est supra in dictiōe Ingredi mōasteria monialiū.§.10.
Vide etiam ibi aliam declarationem circa predicta.
Vide etiam in dictione Protector ordinis.§.6.
LEO.10.fecit multas cōcessiones pertinentes ad mi 9
nistros,quarum alique continentur supra in dictione
Absolutio ordinaria quo ad fratres.§.21.&.22.
¶ Idē Leo concessit ministris & eorū generalibus cō 10
missarijs auctoritatē determinandi que dicantur res Declara
uiles aut parui ualoris,ut possint dari a fratribus mi. re.
intra & extra ordinem,prout habetur supra in dictio
ne Declarare seu determinare.§.1.
¶ Idem Leo cōcessit prefatis ministris auctoritatem 11
determinandi in scrupulis subditorū suorum,ut habe Declarar.
tur late in predicta dictione Declarare.§.5.
¶ Idem Leo cōcessit q omnes prouinciales obseruā 12
tie acta uisitatione ordinaria in conuentibus sue pro Indulgen.
uincie habeant facultatem cōcedendi indulgentiā ple plena.
nariam omnibus fratribus cuiuslibet cōuentus sic ui
sitati.Et idē de monialibus.s.Clare ac tertiarijs in cō
gregatione uiuentibus.o.ffo.93.conce.285.
¶ Idē Leo statuit q ministri prouinciales ultra trien 13
niū in suis non possint continuari officijs,& uoluit q
triēnio elapso p absolutis ab officio a cūctis fratribus
habeant,ac etiā q infra dictū trienniū(si minus utiles

inuenti fuerint) possint in capitulis prouincialibus ab officijs absolui. B. fffo. 30. conce. 97. in fine.

MISSA.

¶ Distinctio concessionum apostolicarum que missas concernunt.

Collector ¶ Attende q omnium que in priuilegijs habētur circa missas, quedā pertinent ad locum celebrationis & hec continentur in dictione Celebratio diuinorū. §. 1. & 2. & 5. ac. 10. ¶ Alia spectant ad tempus seu horam celebrandi & ista existunt etiam in dictione Celebratio diuinorum. §. 3. & 4. & 6. & 7. & 8. & 11.

¶ Nonnulla uero attinent ad modum celebrandi & ista sunt multiplicia, nā quedā sunt quo ad hymnum angelicum, & hec habentur in dictione Gloria in excelsis deo. Quedā quo ad symbolum, & hec habētur in dictione Credo; Quedā quo ad prefationē & hec habentur in dictione Prefatio. Quedam quo ad totam missam; & hec habentur infra in hac dictione Missa.

1 Pro domicellis. EVGENIVS. 4. concessit q puelle nobiles non audientes missam in diebus dominicis excusantur si sunt in potestate alterius. o. fffo. 102. conce. 417.

2 De sanctis ordinis. ¶ Idem Eugenius concessit q fratres qui noluerint dicere missam de dominica infra octauas sanctorum nostri ordinis non teneantur. o. fffo. 101. conce. 407.

¶ Attende q supradictum uidetur solum habere posse locum quando in huiusmodi dominica poneretur historia dominice.

3 Pro clericis secularibus. LEO 10. statuit in concilio lateranē. q tam prelati ecclesiastici q̄ presbyteri seculares qui uinculo excōmunicationis ligati nōfuerint missas in ecclesijs quorumlibet fratrum deuotionis causa celebrare uolentes celebrare possint, ipsiq; fratres tales celebrare uolentes libenter recipere debeant. B. fffo. 25. conce. 70.

4 Pro cōuētib' nouiter reformatis. ¶ Idem Leo informatus q in conuentibus quos fratres mino. obser. a fratribus conuentualibus eiusdem ordinis de mandato & licentia sedis apostolice reformandos receperunt tot & tanta onera ac fundationes

missarum

missarum & aliorum suffragiorum comperiũtur ut si oibus satisfacere deberent in multis locis fratres non sufficerent, quinimo opus esset quasi ubiq; ordinariũ pretermittere officiũ & alia extraordinaria celebrare & persoluere/ac in plerisq; locis prouẽtus & redditus ex quibus celebrationes missarum & suffragiorum huiusmodi fundate subsisterant/sunt probate nõ subsistere/sed penitus alienati, necnon & paramenta ecclesiastica pro quibus etiam similis obligatio excreuerat esse omnino consumpta/ decreuit & declarauit q predicti fratres qui prouẽtus & redditus propter quos talia onera imposita sunt non percipiunt nec ex uoto professionis percipere possunt nõ fuisse obligatos/nec esse, nec in posterum si contigerit similes reformationes in conuentibus fieri/teneri ad similia suffragia persoluẽda, dummodo tam in communibus officijs que quotidie in dictis ecclesijs celebrantur q̃ in priuatis orationibus/& in extraordinarijs missis/& suffragijs que in dicto ordine pro singularibus benefactoribus fieri statutum est/illorum qui predictos redditus / seu ornamenta reliquerũt/memoriam similiter faciant. ¶ Et simili modo cõcessit q moniales sancte Clare sub cura dictorum fratrum uiuentes/ubi similes obligationes in reformatis monasterijs forte inuenerunt/non teneantur ad huiusmodi onera, dummodo etiam in communibus officijs/& orationibus priuatis & alijs extraordinarijs missis & suffragijs pro benefactoribus per eas ordinatis & ordinandis eorum memoriam faciant specialem. B. fo. 18 conce. 58. Pro cõuẽtibus monialiũ .S. Clare.

¶ Idem Leo postea informatus q ante reformationem aliquarum domorum ordinis min. fratres conuentuales in illis existẽtes certa bona/ac annuos redditus cum onere celebrandi missas & alia diuina officia & suffragia illis relicta possidebant, & q post reformationẽ huiusmodi guardiãi & fratres regularis obseruantie in illis existentes bona/ac annuos redditus huiusmodi, partim dimiserũt/ & partim uendiderũt, & precium illorum in reparationem dictarum domorum & alias necessitates fratrum domorum earũdem Pro cõuẽtibus nouiter reformatis.

conuertunt/ac etiã q in aliquibus locis regularis ob-
ser. dicti ordinis inueniuntur aliquę obligationes per-
petuę ad missas continue celebrandas per predecesso-
res prelatos predictorum locorum antea contractas,
De obligatiõibus perpetuis missarum. quas si seruare deberent fratres presentes/& pro tēpo-
re dicta loca inhabitantes/cum ex quotidiana mendi-
catione/ac laboritio uiuere habeant/ quotidiane ne-
cessitatis presidio fraudarentur/declarauit & ordina-
uit, q cum predicti fratres iuxta regule sue puram &
debitam obseruãtiam ex quotidiano laboritio/& hu-
mili mendicatione uiuere habeant / non fuerunt nec
sunt capaces onerum perpetuorum huiusmodi p quę
tpis pgressu libertas spiritus in missis & alijs diuinis
officijs ac in acquirendis uite necessarijs commoditas
a fratribus predictis tolleretur. Quare omnes & singu-
las huiusmodi obligatiões perpetuas/tam per fratres
conuentuales q̃ per fratres obseruantes cum quibus-
cunq; personis cõtractas/cassauit & annullauit. Et ne
christifideles/qui pro prefatis ppetuis seruitijs sua bo-
na sunt elargiti/suo fraudentur desiderio omnia cha-
ritatis opa/& diuina seruitia que in toto dicto ordine
celebrantur/& fiunt p̃dictis christifidelibus / & defun-
ctis per uiam suffragij/quantum diuine placuerit bo-
nitati communicauit. B. ffo. 23. conce. 65.

6 Prohibitio. ¶Idem Leo inhibuit districte ministris prouinciali-
bus fratrum mi. regularis obser. ac subditis eorũdem/
ne huiusmodi missarum / aut aliorum seruitiorum
onera perpetua ullatenus de cetero acceptent/aut re-
cipiant. B. fo. 23. conce. 65.

7 De missis superstitiosis. ¶Idem Leo concessit/ut quando fratribus mino. cõ-
mendantur misse/que uulgariter appellantur de Re-
uelatione de sancto Amatore/de sancto Gregorio de
Consolatione/cum certis candelis / uel alie similes/
uel q non discontinuentur satisfaciãt fratres predicti
dicendo illas missas ad quas magis dispositi fuerint/
maxime de officio de quo illo die recitant, & ad predi-
ctas tali modo recommendatas nullatenus teneãtur
precipue cum uideatur hoc quãdam superstitionem
sonare. o. ffo. 93. conce. 289.

¶ Aduertendum est ꝙ occasione huius concessionis aliqui illā minus bene intelligentes arbitrati sunt predictam facultatem extendi ad quascunqꝫ missas eis recommendatas, ut de Epiphania de Natiuitate uel plagis seu de passione &c. quod tamen est omnino falsum propter multa. Primo quia expresse littera cōcessionis loquitur de missis que habēt aliquam superstitionem annexam, prout ibi exemplificatur. Nec obstat illud quo addditur uel alie consimiles quia refertur ad superstitiosas immediate exēplificatas. Secundo etiā quia a promissione & obligatione licita cuiusmodi est de alijs missis non superstitiosis non potest quis (postq̄ obligatus est) liberari seu dispensari absqꝫ consensu illius cui se obligauit aut sine alia legitima cā, & ideo indubie tenendum est, ꝙ quādocunqꝫ aliqua missa recōmendatur sine admixtione alicuius superstitionis debet dici prout fuit recōmendata & acceptata .s. tam respectu officij q̄ etiam loci & temporis &c. — Collector; Nota.

¶ Idem Leo informatus ꝙ in quibusdam regionibus pro celebratione unius misse certa pecunie quantitas dari consueuit in eleemosynam fratribus mi. tam ual de parua & tenuis ꝙ dicti fratres ob eleemosynā que singulariter a pluribus elargitur tot missas quot sunt largientes pro singulis celebrare non ualent declarauit & concessit predictis fratribus obser. ꝙ celebrādo unā missam dūtaxat si eleemosyna equiualens unius iulij idest decime partis ducati non elargitur etiam si duas tres uel quattuor aut plures missas celebraturi essent occasione diuersarum & plurium eleemosynarum huiusmodi & in dicta celebranda missa pro omnibus qui pro dictis missis in eleemosynā usqꝫ ad summam huiusmodi contribuūt cōmemorationem in genere faciendo in hoc cōscientiarū puritati predictorū fratrum satisfactum sit. b. fffo. 19. conce. 62. — 8 De missis ꝑ qb' dat' modica eleemosyna.

¶ Cauendum est omnino ne quis utatur huiusmodi cōcessiōe, quia re uera nullius est ualoris, prout multi uiri famosi theologi & iuriste super hoc cōsulti rn̄derunt, nam ultra multa que cōtra huiusmodi cōcessionem dici possent constat bene intuenti relationem ꝙ — Collector

Nota. subrepticie obtenta est. Quapropter reuerendus pater frater Ioannes glapion/ dum institutus esset procurator curie Romane promisit procurare reuocationem seu potius declarationem nullitatis huius concessionis,& credendum est ꝙ obtinuit,licet ad manus nostras non peruenerit.

Collector ¶Aduertendum ꝙ audientibus missas in certis festiuitatibus / & aliis diebus sunt concesse nonnulle indulgentie que habentur supra in dictione Indulgentie plena.quo ad fratres.§.19.& in dictione Indulgentie quo ad seculares.1.in multis.§.

MONASTERIA.

¶Distinctio indultorum apostolice sedis pertinentium ad monasteria.

Collector ¶Circa materiam monasteriorũ presertim monialium sunt multa superius in uarijs dictionibus posita que hic repetere superfluum ac nugatorium foret, & ideo sufficit remittere ad huiusmodi dictiones.

¶Et primo quo ad edificationem monasteriorũ habetur supra in dictione Edificare. ¶Secundo quo ad exemptionem ipsorum monasteriorũ dictum est supra in dictione Exemptio. ¶Tertio quo ad bona monasteriorum huiusmodi positum est supra in dictione Bona & etiam in dictione Abbatissa. ¶Quarto quo ad accessum ad loca exteriora monasteriorũ monialium ubi cõmuniter accedunt seculares dictũ est in dictione Accedere ad monasteria. ¶Quinto quo ad ingressum in clausuram predictorum monasteriorũ habetur etiam supra in dictione Ingredi ad monasteria. ¶Sexto quo ad indulgentias concessas uisitantibus huiusmodi monasteria aut pro illis manus porrigentibus adiutrices dictum est superius in dictione indulgentie quo ad seculares.1.&.2.&.3.& 4. ¶Vltra predicta sunt addenda nonnulla alia monasterijs pertinentia,prout sequuntur.

INNOCENTIVS.4.cõcessit fratribus mi. ut in monasterijs monialium.s.Clare in quibus tẽpore

Gregorij.9.predicti fratres deputati non fuerunt pro illarum regimine aut seruitio non teneantur ibidem morari,nec ad id per literas apostolicas arctari possint,nisi litere ipse plenam fecerint de huiusmodi indulto mentionem.b.ffo.201.conce.495.

¶ Idem Innocentius statuit q in monasterijs monialium in qbus predicti fratres mi.deputati fuerint pro seruitio monialiũ in spiritualibus dũtaxat deseruiant & iurisditioni & correctiõi ministrorũ suorum sicut & alijs fratres pareant & obediant B.fo.201.conce.495. 2 Correct.

CLEMENS.4.inhibuit,ut nullus ecclesias aut monasteria seu loca fratrum mi.ausu temerario p̃sumat infringere aut in illis uiolentiam damnabilem exercere,aut uoluit q illi qui secus facere presumpserint sententiam excõmunicationis incurrant ipso facto,a qua non possint absolui nisi per sedem apostolicam aut p cõseruatores eidem ordini deputatos.B.fo.21.Et ffo.105.concess.226. 3 Excõicatio

¶ Aduerte q circa hoc postea Leo.10.cõcessit ut p̃fate p̃sone possint absolui a p̃latis ordinis,prout habet supra in dictione Absolo quo ad seculares.2.in.§.14. Collector

CONCILIVM Constantiense statuit q generalis fratrum mi.possit monasteria sibi subdita reformare/ atq ab eis superflua tollere,prout supra latius positũ est in dictione generalis minister.§.3. 4 Reformatio.

MONIALES.

¶ Dictõ concessionum attinentiũ ad moniales. 6

¶ Circa moniales cõplura continentur in priuilegijs fratrum min.& aliorum mendicantium. ¶ Et primo ea que attinent in speciali ad electionem abbatissarũ & auctoritatem officij ipsarum,dicta sunt enim supra in dictione Abbatissa in.§ ubi est hec dictio Electio. Collector

¶ Secundo illa que concernunt ad exemptionem earumdem monialium ab ordinarijs prelatis ecclesiarũ & a decimis alijsq impositiõibus ut gabellarum &c. Posita sunt etiam superius in dictione Decime.§.2.& 3.&.7.&.8.&.9.& in dictione Exemptio.§.12.&.17.& 8

20.&.29.&.30. ¶ Tertio de indulgentijs & absolutionibus plenarijs eisdem cōcessis habetur in dictiōibus Absolutio quo ad fratres & Indulgētie quo ad fratres. ¶ Quarto qualiter sunt prefate monialibus cōmunicata priuilegia fratrum mino. ac uice uersa fratribus priuilegia ipsarum spiritualia dumtaxat positum est in dictiōe Cōmunicatio priuilegiorū. §.11. ¶ Quinto quomodo teneantur prefate moniales obseruare clausuram suorum monasteriorum & in quibus casibus possint licite illam egredi habetur supra in dictione Clausura monialium.

¶ Distinctio infrascriptarum concessionū.

Collector ¶ Vltra pdicta sunt nonnulla alia que huiusmodi moniales concernunt, & istorum quedam pertinent directe ad prelatos ordinis, ista autē continentur in. §.1. & 2. & 3. & 6. & 9. & 17. & 19. & 20. & 22. & 26. ac. 27. ¶ Alia spectant directe ad moniales & horum quedā pertinent ad cōmunicationem priuilegiorum eis factam, ista autem continētur in. §.3. & 12. Quedam uero tangunt dispensationem, & hec habentur in. §.4. & 5. & 6. & 7. & 8. & 13. & 18. & 21. & 25. Quedā alia ptinent ad absolutiones, prout habetur in. §.10. & 11.

ALEXANDER.4. concessit fratribus mi. ꝙ non teneantur suscipere curam quarūcunꝙ monialium pretextu quarūcunꝙ litterarum apostolicarum que de presentibus plenam & expressam mentionem non fecerint, nisi Romane ecclesie immediate essent subiecte. b. fo. 23.

a Visitatio CLEMENS.4. concessit fratribus mi. ut ad uisitandum aliqua monasteria monialium cuiuscūꝙ ordinis uel ad audiendum confessiones earum compelli aliquatenus non possint etiam per litteras apostolice sedis, in quibus non fuerit facta mentio specialis de huiusmodi indulto, nec magis per legatos uel delegatos eiusdem sedis aut per quoscūꝙ alios. B fo. 57. Et. 140. concessione. 322.

3 BONIFACIVS.8. innouauit litteras Innocētij.4. quibus statuit & declarauit, ꝙ quecunꝙ moniales cōmisse fuerint gubernationi fratrum mi. uirtute alicu

ius indulti apostolici non propterea intelligatur esse ordinis predictorum fratrum sed q̄ huiusmodi commissio ad hoc extendatur ut moniales sic cōmisse gaudeant priuilegijs concessis & cōcedendis predictis fratribus, quodq̄ prelati ordinis exhibeant eisdem monialibus de constitutionibus predicti ordinis min. ea que illis competere possunt, ac etiā q̄ ministri per se uel fratres suos quos ad hoc idoneos uiderint uisitationis officium eis impendant corrigendo & reformādo tam in capite q̄ in membris que correctiōe & reformatione nouerint indigere instituendo & destituēdo mutando & ordināndo, prout s̄m deum uiderint expedire, ita tamen q̄ electio abbatisse libere pertineat ad conuentum. Et q̄ confessiones earūdem monialium audiant & eis ecclesiastica sacramenta administrent, ac insuper q̄ possint assignare & deputare aliquem capellanum secularē discretū tñ & prouidū, qui in necessitatis articulo predictarū monialium cōfessiones audiat & alia sacramenta ministret, necnon & diuina officia celebret. b. fo. 32. Et ffo. 31. conce. 35. Cōcatio priuilegi. Visitatio. Nota.

EVGENIVS. 4. concessit q̄ moniales sancte Clare ac tertiarie necnon & aliorum ordinum. s. sub gubernatione fratrum minorum existentes solummodo teneantur ad illa ieiunia ad que fratres mi. obseruantie obligati sunt, & q̄ eodem modo seruent in cibis quadragesimal. tēpore, exceptis debilibus & infirmis, sed in alijs ieiunijs ut sunt quattuor tēpora & uigilie apostolorum & similia seruent consuetudinem regionis s̄m quam liceat eis, etiam oua & lacticinia comedere, b. fo. 46. Et fo 42. conce. 47. 4 Ieiuniū. Dispensatio.

¶ Idem Eugenius cōcessit prefatis monialibus. s. prime regule. s. Clare, ut non teneantur incedere nudis pedibus discaltiate, sed possint deferre illa que nomine calciamentorum non censentur, utputa cuquos ligneos seu calepodia & sandalia atq; etiam cū opportunū fuerit calciamēta. b. fo. 46. Et ffo. 42. conce. 47. 5 Dispensatio.

¶ Idem Eugenius concessit q̄ generales & prouincialis fratrum minorum obseruantie habeant (cum discretorum cōsilio) facultatem dispensandi cum p̄fatis 6 Dispensatio.

monialibus tam in cibis q̄ in silentio & quibuscunq́ alijs perpetuis que in earum regula continentur.b.fo. 47 Etfo 42 conce.47.

7 Pro mõia. prime re gule.s.Cla re. Dispensa tio. ¶Idem Eugenius declarauit ac uoluit ꝙ in nullius preceptorũ prime regule sancte Clare transgressione (preterq̄ eorum quattuor que concernũt principalia uota.s.obedientie paupertatis castitatis & clausure ac super electione abbatisse & eius depositione)peccatum mortale prefate moniales incurrant.b.fo.47. Et ffo.42.conce 47.

8 Pro mõia. secũde re gule.s.Cla re. Dispensa tio. ¶Idem Eugenius concessit postea,ꝙ dispensatio per ipsum facta super primam regulam.s.Clare.uidelicet ꝙ non teneãtur nisi ad quattuor uota & super electione ac depositione Abbatisse(prout supra positum est) extenderetur ad moniales secunde regule sancte Clare.s.ꝙ non teneantur nisi ad supradicta sub pena peccati mortalis.o.ffo.261.concessione.674.

9 De rece ptione no uitiarũ & capellani. NICOLAVS.5.statuit ꝙ mõiales sancte Clare nisi de generalis uel uisitatoris earũ expressa licẽtia aliquã ad religionẽ uel professionẽ recipere ualeant,& ꝙ nullum(nisi qui a p̃fato generali seu uisitatore ꝓ idoneo reputatus fuerit)in earum capellanũ recipere seu receptũ retinere ꝓsumant.b.fo.48.& fo.43.conce.48.

10 Absolo. ¶Idem Nicolaus concessit eisdem monialibns ac earum seruitricibus copiosam facultatẽ quã uti possint confessores ipsarum prout late posita est supra in dictione Absolutio ordinaria quo ad fratres.§.8.

11 Pro mo nia. colle ctaneis. SIXTVS.4.cõcessit ꝙ dicte moniales collectanee (scilicet prime regule sancte Clare)possint absolui a ministris seu uisitatoribus & earum confessoribus ab omnibus criminibus penis & censuris etiam sedi apostolice reseruatis quoties opus fuerit,& ꝙ ipse & earũ nouitie possint promereri oẽs indulgentias alme urbis uisitando suas ecclesias.o.ffo.261 conce.678.

12 Cõicatio priuilegi. ¶Idem Sixtus concessit ut sorores sancte Clare sub cura fratrum mino.obser.gaudeant omnibus priuilegijs gratijs & exemptionibus in genere sororibus collectaneis factis.o.ffo.261.conce.677.

13 ¶Idem Sixtus cõcessit omnibus monialibus sancte

Clare ac sororibus tertij ordinis cure fratrum mino. commissis, ꝙ possint tangere & lauare sacros pannos exceptis corporalibus. Pro mōia. f. Clare ac tertiarijs.

¶ Et postmodum concessit idem, ut omnes sorores suprascripte sub clausura & congregatione uiuentes etiam corporalia & purificatoria tangere possint, dūmodo steterint lota a fratribus. o. ffo. 62. Et ffo. 66. cōce. 97. Et ffo 95. conce 318. Corporalia.

¶ Idem Sixtus communicauit sororibus sancte Clare uiuentibus sub obedientia fratrum cismontanorū declaratiões prime regule sancte Clare, quarum principium est. Quam admiranda uirginis &c. quas quondam magister Guilelmus de Cassali minister ordinis mino auctoritate apostolica composuit, citra tamen obligationis uinculum, sed sicut fuerit uisum generali cum consilio aliquorum proborum patrum. o. fo. 63. Et ffo. 67. conce. 124. 14

INNOCENTIUS. 8. declarauit ꝙ moniales (quia nesciunt discernere inter intentionem primariā que causat symoniam & secundam) nunq̄ incurrant symoniam nisi in duobus casibus scilicet quando paciscuntur de aliquo dando uel soluendo pro ingressu, & quādo recipiunt inhabiles ob spem habendi aliquid, quia tunc est illa principalis intentio. o. ffo. 69. conce. 151. & ffo. 99. conce. 363. 15 Symonia.

¶ Idem. Innocentius concessit predictis monialibus, ꝙ sine scrupulo conscientie possint petere que sibi ꝑmissa fuerunt ante ingressum. o. ffo. 69. conce. 152. & ffo 99. concessione. 364. 16

ALEXANDER. 6. declarauit, ꝙ licet aliquarū monialium gubernatio & uisitatio sit commissa prouincialibus uel custodibus seu uisitatoribus aut guardianis non propterea sint exempte a iurisditione generalis, sed ꝙ huiusmodi generalis eandem auctoritatē habeat in premissis quam prouinciales custodes uisitatores seu guardiani uel alij fratres ei subditi habēt. b. fo. 59 & ffo. 55. conce. 63. 17 Generalis minister. Visitatio.

¶ Idem Alexāder declarauit, ꝙ moniales sancte Clare non sunt obligate ad habēdū ostium in sublimi ꝑte 18 Clausura.

monasteriorum suorum cum scala leuatoria, & tenendum odium inferius muro a parte exteriori clausum, prout in earum regula cõtinetur, sed ꝙ liceat eis loco huiusmodi ostij superioris habere ostium in aliquo loco inferiori cõmodo & cõueniẽti, & preter illud etiã aliud ostium maius muratum a parte exteriori non

Dispensatio. clausum. Et uoluit ꝙ ne illud ostium totũ pro cuiuslibet rei & persone intromissione aperire oporteat in eo ostiolum paruum habere possint, que quidẽ ambo ostia sint clauibus seris & repagulis iuxta ipsius ordinis instituta munita. B. fo. 52. & ffo. 135. conce. 301.

19 Regimen monialiũ. IVLIVS. 2. statuit/ꝙ fratres mi. obser. compelli nequeant ad recipiendũ curã monialiũ etiam per literas apostolicas/& adhuc de huiusmodi facientes mentionem, nisi impetrate fuerint per protectorem & generalem predicti ordinis, Et uoluit ꝙ aliter recipientes

Excõmunicatio. huiusmodi curam ipso facto excõmunicationis late sententie penam incurrant. B. ffo. 207. conce. 509.

20 Ministri prouintia. ¶ Idẽ Iulius concessit ꝓuintialibus ordinis mi. illam authoritatẽ super moniales sancte Clare eis cõmissas, quã regula ipsarũ per Vrbanũ ordinata cõcedit protectoribus eiusdem ordinis. B. ffo. 112. conce. 517.

Collector ¶ Aduerte ꝙ ꝓdicta authoritas ꝓtectoribus ꝑ Vrbanũ concessa fuit postea restricta ꝑ Martinũ. 5. ut patet supra in dictione Ingredi monasteria. § 10. & ideo ꝓuinciales non debẽt uti prefata authoritate eo modo quo prius fuit data/sed sicut postea iuenitur restricta.

21 Eucharistia. Dispensatio. LEO. 10. concessit monialibus sancte Clare ac cõceptionis beate Marie/& tertij ordinis sancti Francisci ut precepto regule de percipiendo sanctissimum sacramentum satisfaciant per aliquos dies anteponendo/uel postponendo, dum tamen illud in fraudem nõ faciant. O. fffo. 61. conce. 191.

22 De uisitatoribus. ¶ Idẽ Leo cõfirmauit & approbauit statutũ editũ in capitulo generali Lugdunensi disponens ꝙ moniales sancte Clare nullos habeãt uisitatores/nisi per ministros ꝓuinciales in capitulis ꝓuincialibus institutos,

Excõmunicatio. ac potiori pro cautela hoc idẽ de nouo statuit/& ordinauit mandans in uirtute sancte obediẽtie sub excõi-

cationis late sententie pena/a qua non nisi a Romano pontifice(preterquã in mortis articulo) absolui possint,ut predictum statutum firmiter/& inuiolabiliter obseruetur decernens irritum & inane quicquid secus a quoq̃ quauis authoritate fieri seu attentari contigerit.B.fffo.38.conce.123.

¶Item Leo motu proprio & ex certa scientia & potestatis plenitudine ac sub excõmunicationis sententia precepit monialibus sancte Clare ac uniuersis & singulis alijs sub cura fratrum minorum pro tẽpore degentibus,quatenus ipse iuxta regulares in hactenus celebratis & imposterum celebrandis capitulis generalibus seu prouincialibus editas & factas constitutiones ac desuper ab earũ prouinciali seu alijs superioribus traditam formam obedire teneantur, & in earum assumpta professione altissimo famulatum impendere debeant.B fffo 40.conce.128. 23 Excõmunicatio. Statuta.

¶Idem Leo declarauit moniales sancte Clare sub cura fratrum mi.uiuentes non teneri ad officium defunctorum,nisi prout tenentur predicti fratres minores, quorum ritui in diuinorum persolutione regula ipsarum precepit eas conformari.B fffo.41 .conce.129. 24 Officium diuinum.

¶Idem Leo quo ad obligationem persoluendi officium diuinum in choro decreuit etiam sanas moniales prefatas non teneri semper officium huiusmodi in choro persoluere, ac exonerando conscientiam ipsarum monialium discretioni abbatissarum pro tempore existentium cõmisit,ut quando & quomodo siue cum quibus sit hec remissio siue exemptio toleranda solerter inuigilent & diligenter aduertant & prudenter concedant, ne sub colore pietatis ex nimia indulgentia permittant in aliqua sororum seu monialium habitum generari diuine offensionis.B. fffo.41 .conce.130. 25 Officium diuinum. Dispensatio.

¶Idem Leo mãdauit monialibus .s. Clare & sororibus tertie regule in uirtute sancte obediẽtie & sub excõicationis late sñie pena quatenus ministrũ generalẽ fratrũ mi.pro tp̃e existẽtẽ ad officiũ uisitationis admittãt,seq; & earũ domos ac monasteria & loca uisita 26 Excõmunicatio. Generalis minister. Visitatio.

De fribus habētibus curā mo. ri in capite/& in mēbris/ac corrigi/& puniri permittant, ac etiam ut salubria monita/& correctiones per huiusmodi ministrum generalem facienda omni cū humilitate suscipiant, Et sub similibus penis/& censuris precepit fratribus uniuersis eiusdem ordinis/& presertim confessoribus / & uisitatoribus earūdem monialium/& sororū, ne aliquē actū confessionis/seu uisitationis exercere audeat/uel presumāt, nisi moniales/& sorores ipse mandatis huiusmodi generalis ministri realiter/& cū effectu paruerint. B. ffo. 34 co. 118.

27 De uisitatoribus. ¶ Idem Leo ex certa scientia/& de plenitudine siue potestatis statuit/ & ordinauit, quod illi fratres minores qui antea uocabantur uisitatores monialium de cetero nuncupentur cōmissarij prouincialiū, ac quod cōmissarij huiusmodi & confessores predictarū monialium ultra triennium officia sua exercere nullatenus possint, illoque finito uel antea si expediens uidebitur talis cōmissarius ab officio absoluatur. Et uoluit ut ad cognoscendum defectus prefatorum cōmissariorū possit quilibet prouincialis in prouincia sibi deputata respectiue monasteria domos & loca monialium predictarum & religiosarū ingredi, & quod de uisitationis modo ac cōmissarij & cōfessorū meritis ac uite integritate in eisdem monasterijs siue domibus libere inquirere ualeat, Ac insuper uniuersis & singulis monasteriorum & domorū predictarū abbatissis & monialibus sub excōmunicationis sentētie ac officiorū suorū priuationis, & ad illa inhabilitationis & alia imposterū obtinēda si cōtrafecerint sine alia declaratione incurrendis penis ac sub obtestatione diuini iudicij & intermīatione maledictionis eterne districte precipiendo mandauit, quatenus infra unius diei spacium postquā ad huiusmodi inquisitionē processum fuerit de uisitationis modo ac meritis & idoneitate cōmissariorū & cōfessorū predictorū omni exceptione & contradictiōe cessante ac appellationis & alijs defensionis remedijs tanquā cōtra uerā correctionē & debitā obedientiā interpositis sublatis & quibusuis in cōtrariū sub quibuscūque uerborū formis eisdē abbatissis monialibus & religio

Excōmunicatio.

Appellatio.

sis earũq monasterijs cõcessis priuilegijs indultis ac literis apostolicis sua uota deponere, & in publicũ aut alias (put per huiusmodi puinciales desuper ordinatum fuerit) redigere teneātur & astricte existant, Et circa hoc dat iudices & cõseruatores cũ magnis non obstantijs. B. sixto. 49. conce. 145.

MVLIERES.

¶ Distinctio concessionum concernentium mulieres que non sunt moniales.

¶ Circa mulieres q̃ nõ sunt moniales sunt pleraq; ordinata & cõcessa in priuilegijs fratrũ mēdicātiũ a uarijs summis põtificibus. ¶ Et primo q & qualiter possint ingredi monasteria monialiũ positũ est supra in dictione Ingredi monasteria. §. 13. ¶ Scđo qualiter possint absolui mulieres etiã mala intētione p̄dicta monasteria intrātes habetur supra in dictione Absolutio quo ad seculares. 2. in. §. 8. ¶ Tertio in particulari de mulieribus seruitricibus monialiũ habetur in dictiõe Ingredi monasteria. §. 13. & qualiter huiusmodi mulieres seruitrices possint absolui a fratribus mi. eisq; ecclesiastica sacramēta cõferri, habetur supra in dictione Absolutio ordinaria quo ad fratres. §. 8. prope finem, Et infra in dictione Seruitrices monialiũ, ubi ponuntur aliqua que concernunt huiusmodi seruitrices. Collector

¶ Vltra predicta sequuntur nonnulla pertinentia ad mulieres que sub religionibus mendicantibus militant, licet non sint moniales.

EVGENIVS. 4. Et Martinus. 5. cõfirmauerunt literas Bonifacij. 9. inserēdo illas de uerbo ad uerbu, in qbus cõceditur q generali & cuilibet puinciali priori ordinis heremitarũ sancti Augustini in quibuscũq; puincijs cõstitutis sit licitum quascũq; mulieres idoneas aliquod canonicũ obstaculũ nõ habentes que habitũ regularē dicti ordinis ad instar mātellatarũ seu pinzocherarũ ordinũ fratrũ minorũ & predicatorum habere ac gestare uoluerint tam uirgines q̃ matronas ac uiduas ĩ mātellatas seu pinzocheras p̄dicti ordinis Ex priuile. fratrum Augusti.

heremitarum recipere & admittere, ac earum singulis habitum regularem & regulam eiusdem ordinis heremitarum exhibere ad instar huiusmodi mantellatarũ seu pinzocherarum ordinum fratrum mino & predicatorum prefatorum, prout s̃m deum saluti animarũ earũdem salubrius uisum fuerit expedire, Et uoluit ꝙ huiusmodi mulieres gaudeãt & gaudere possint & debeant tam exemptionis priuilegio q̃ omnibus immunitatibus libertatibus indulgentijs ac alijs priuilegijs quibuscunqꝫ prefato ordini heremitarum eiusqꝫ fratribus & personis per sedem apostolicam cõcessis ac imposterum concedendis. B. ffo. 246 conce. 596. & . 597.

Cõicatio priuilegio

Collect. ¶ Aduertendum est ꝙ in libris monumentorum ordinis nõ habetur quicunqꝫ cõcessum fratribus mino. aut predicatoribus in huiusmodi materia, & ideo uix poterit procede aliquid hec concessio, cum referatur ad priuilegia que non apparent.

Cõitatio priuilegio

SIXTVS 4 confirmauit supra scriptam cõcessionẽ Eugenij &c. & concessit prefatis mulieribus, ꝙ oĩbus & singulis preuilegijs immunitatibus fauoribus gratijs & indultis spiritualibus & temporalibus ordini & fratibus predictis concessis & concedendis & quibus illi in genere quolibet potiuntur & gaudent tam in uita q̃ in mortis articulo etiam circa peccatorũ remissionem & iniunctarum penitentiarum relaxationem uti potiri & gaudere ac participes esse possint ac debeãt, & ꝙ liceat fratribus prefatis eisdem pinzocheris & mantellatis personis in earum etiam domibus quoties opus fuerit eucharistie & extreme unctionis sacramenta ministrare, ac illarum cadauera tumulãda deferre etiam parrochialum ecclesiarum personarum earundem rectorum licentia desuper minime requisita & contradictione qualibet non obstante. B. ffo. 249. conce. 622.

Administratio sacrorum.

Collect. ¶ Aduerte ꝙ circa ultimam clausulam suprascriptã ordinatum est aliter in concilio Lateranẽ. prout ponitur inrfa. §. 6.

Expriui. Carmelit. ¶ Idem Sixtus fecit cõsimilem concessionem ordini fratrum Carmelitarũ quasi ad literã ut supra additur.

tñ in fine q̄ pfati fratres Carmelite possint suis pinzocheris & mātellatis psonis etiā in earū domibus quoties opus fuerit confessionibus diligenter auditis de absolutionis bñficio puidere &c. ut supra Et q̄ dum hmōi psonas decedere contigerit possint earū cadauera ad eorundē fratrū ecclesias tumulanda deferre, Nō obstante contradictione rectorum parrochialiū &c. B fo. 96. Et ff fo. 180. cō. 426. Absolō. Sepultura.

¶ Circa predicta uide .s. 5..6

¶ Idem Sixtus concessit generali & puintialibus prioribus ordinis Carmelitarum eādem auctoritatē recipiendi prefatas pinzocheras & mantellatas sicut cō cesserat ordini heremitarū .s. Augu. sub simili tenore sicut .s. positum est. B fo. 101. & ff fo. 184. con ce. 462. 4

LEO 10. declarauit pfatas mantellatas ordinis sancti Augustini oībus & singulis priuilegijs gratijs & indultisq̄ in mari magno seu alijs cōcessionibus tā per ipm q̄ p alios Romanos pōtifices predecessores ordini antedicto concessis continentur plene ac largiter pfrui posse & debere. b ff fo. 122. conce. 556. 5 Ex priuile augustin.

¶ Idem Leo in concilio Lateranensi statuit q̄ prefate mātellate & pinzochere quorūlibet ordinū in pprijs domibus habitantes eligere ualeant sepulturam ubi uuoluerint, Et q̄ die paschatis tantum eucharistiam necnon extremā unctionē ceteraq̄ ecclesiastita sacra (penitentie sacrō dūtaxat excepto) a pprio sacerdote recipere, & ad onera q̄ laicis incūbunt pferenda teneantur ac decreuit q̄ in foro seculari corā iudicibus secularibus cōueniri possint. B ff fo. 26. conce. 86. 6 Sepultura. Sacra.

¶ Aduerte q̄ hoc decretum declaratur & limitatur concessione sequenti.

¶ Idē Leo postea referendo prefatū statutum per eū in cōcilio factum qa occasione illius alique dubitationes exorte fuerunt ad tollēdum oē dubium motu pprio & ex certa sciētia de aplice ptātis plenitudine decreuit & declarauit q̄ prefatum statutum minime intelligi debeat de facientibus uotum solenne religionis ita ut mulieres uirginalem uitam aut celibem solenniter uouētes etiam in consanguineorum uel affi- Collect. De mulierib' uouētib' solam castitatē.

niũ suorũ uel ꝓprijs domibus aut seorsum habitãtes priuilegijs & imunitatibus p̃dictis in omnibus & per omnia frui & gaudere debeant, B. ffo. 28 conce. 91.

NOVITIVS.

¶Distinctio cõcessionũ pertinẽtiũ ad nouitios fratrum mi. & aliorum mendicantium.

Collector ¶Aduertẽdũ q̃ cõcessionũ attinentium ad nouitios quedã pertinent ad receptionẽ ipsoꝝ ad habitũ, & hec cõtinent. §. 2. & 3. & 7. & 11. usq; ad. 14. ¶Alia spectãt ad eorũdẽ nouitiorũ absolutionẽ & dispẽsationẽ, ista aũt cõtinẽtur in. §. 6. & 9. & 19. ¶Nõnulla ꝑtinent ad ipsorũ nouitiorũ ꝓfessionis emissionẽ, & huiusmodi existunt in. §. 1. & 4. & 5. & 16. usq; ad 20. ¶Reliqua uero cõcernunt dispositionẽ bonorũ ipsorũ nouitiorum, & ista habentur in. §. 10. & 15. &, 19.

1 Prohibitio. HONORIVS 3. inhibuit p̃latis ordinis minoꝝ, ne aliquẽ ad sui ordinis professionẽ admittant, nisi per annũ in probatione fuerit. B. ffo. 101. cõ. 213.

2 Prohibitio. INNOCENTIVS. 4. statuit ut fratres predicatores pretextu alicuius concessionis eis facte uel faciende expressam mentionem de hoc priuilegio nonfacientis non possint recipere ordini fratrũ mi. obligatos uoto uel iuramento. b. ffo. 5.

3 Prohibitio. ¶Idẽ Innocẽtius statuit, & in uirtute sancte obediẽtie & sub excõmunicationis pena ipsofacto incurrenda & a qua nequã absolui possint nisi per sedẽ apostolicã p̃cepit ministris & fratribus ordinis mi. ne p̃sumãt recipere ullo modo p̃dicatores & eorum ordini uoto uel iuramẽto etiã obligatos pretextu alicuius indulti apostolici obtẽti uel obtinendi de huiusmodi literis expressam mentionem nõ facientis, nisi prius prioris sui petita licentia & obtenta, postea tamen declarauit hoc de illis intelligi, quos post annũ probationis elapsum eorum constiterit ordini obligatos. B. fo. 19. & ffo. 103. conce. 218.

4 Excõmunicatio. ¶Idem Innocentius prohibuit sub excõmunicatiõis pena aliquem ante annum probationis elapsum ad

professionem

professionem recipi,aut quominus ad aliam transeat Professio.
religionem impediri,& professioné aliter factam irri
tam mãdauit esse & nullam.B.fo.119.Et b.ffo.5.
¶Idem Innocentius districte inhibuit fratribus pre- 5
dicatoribus & minoribus,ne ante annũ ꝓbationis ela Prohibi-
psum quẽq̃ ad professionem suorum ordinum presu tio.
mant recipere,ne constitutum in ꝓbatione nouicium Professio.
aliqualiter impedire/quo minus infra eundẽ ꝓbatio-
nis annũ ad aliam religionẽ quã maluerit transeat,si-
cut de sua ꝓcesserit uolũtate.B.ffo.103.conce.118.
¶Idem Innocentius cõcessit generali & ꝓuincialibus 6
ministris fratrũ mi.ut possint absoluere nouitios ex- Absolo.
cõicatos ꝑ iniectiõe manuũ in seipsos,prout habetur
supra in dictiõe Absolo ordinaria quo ad fratres.§.1.
ALEXANDER.4.precepit in uirtute sancte obe- 7
dientie magistro & fratribus ordinis ꝑdicatorũ & sub Excõica-
excõicatiõis pena ipso facto incurrẽda/a qua nequaq̃ tio.
absolui ualeãt nisi per sedem apostolicam quatenus Prohibi-
non recipiant ad suum ordinem fratres ordinis min. tio.
aut eos q uoto uel iuramento eidẽ ordini mi.fuerint
obligati,nisi prius petita fuerit & obtenta ministri sui
licẽtia/etiam ꝑtextu alicuius indulti/seu aliquarum
litterarum obtentaꝝ a sede apostolica uel in posterũ
obtinendaꝝ que de ꝑsentibus expressam non fecerint
mentionem,& decreuit irritum & inane quicq̃d secus
in hac parte cõtigerit attẽtari.b.ffo.201.conce.496.
CLEMENS.4.uoluit ꝙ si aliqui nouitij ostenderint 8
talia signa per que euidenter appareat eos uoluisse ꝑ-
petuo seculũ deserere/ac sub de cetero domino deser
uire/& postea reuersi fuerint ad seculum cõpellantur
per ecclesiarũ prelatos(quando ex parte fratrum fue-
rint requisiti)ut ad aliquem ordinem,se debeãt trans-
ferre.b.fffo.55.
¶Idem Clemens fecit quandam latissimam cõcessio 9
nem circa absolutionem que nouitijs potest impendi Absolo.
que cõcessio posita est supra in dictione Absolutio or
dinaria quo ad fratres in.§.4.&.6.
¶Aduertere tamen oportet ꝙ in hac concessione ab Collector
solutionis nullum casum excipit dicendo(prout dici

solitum est) nisi casus adeo grauis & ex quo uidetur ꝙ ampliorē gratiā uoluit facere uenientibus ad ordinem ne impediret eorū conuersio ad deum, ꝙ iam pfessis, in quorū concessione absolutionis ponitur pdicta exceptio, attamen in casibus cōtentis in bulla cene dñi non auderē asserere/ ꝙ possint uenientes absolui/ & minus alij absq́ noua concessione post predicte bulle pronunciationem quolibet anno impetratam, quia casus illi quolibet anno de nouo reseruantur cū derogationibus priuilegiorum ordinum / & eximijs non obstantijs, de quo uide supra iu dictione Absolutio ordinaria quo ad fratres post. §. 9.

10 Restitutio incertorum. ¶ Idem Clemens concessit, ꝙ si aliqui habitū fratrum mi. assumentes diuersis personis que sciri & inueniri non possunt aliqua bona restituere teneantur/ possint ministri & custodes/ & uicarij eorū singuli in locis sibi cōmissis/ bona ipsa in pios usus conuertere, prout sm deū uiderint expedire. b. fo. 58. Et ffo 141. cōce. 334.

Collectoꝛ ¶ Circa pdicta uide ampliorem concessionē. §. 15.

11 Quibus liceat recipere nouitios. NICOLAVS. 3. in declaratione regule fratrū minorum concessit & statuit licere nō solum generali sed etiam prouincialibus ministris personas fugientes a seculo in fratres recipere, que tamen prouincialium ministrorum licentia per ministrum generalē possit arctari, sicut expedire uiderit. Et declarauit ꝙ uicarij ministrorum prouincialium ex officio uicariatus/ licentiam hanc sibi nouerint interdictam, nisi per ministros eosdem hoc ipsis uicarijs specialiter cōmittatur, qbus ministris hoc posse cōmittere uicarijs & alijs licentiā cōcessit. b. fo. 10. Et. b. ffo 12. scdi tracta. arti. 7.

12 ¶ Idem Nicolaus circa hoc addidit dicens. Caueāt tñ ipsi prouinciales ꝙ hoc non indiscrete nec passim/ sed sic cōsiderate cōmittant/ ac sic illos quibus hoc committi cōtigerit fidelibus consilijs fulciant, ꝙ oia discrete procedant, ubi supra immediate.

13 Professio. ¶ Idem Nicolaus superaddidit circa hanc materiam, ꝗ non indiffereter omnes admittantur ad ordinem/ sed illi tantum qui suffragātibus eis litteratura & idoneitate uel alijs circūstantijs/ possint utiles esse ordinī

sibi𝔮 perulte meritum & alijs proficere per exemplũ ubi supra allegatum est in fine.§.11.

NICOLAVS.5 statuit ꝙ mõiales sancte Clare nisi de prouincialis seu uisitatoris sui expressa licentia recipere ualeant aliquãm ad religionem uel professionem.b.fo.48,& ffo.43.conce.44. 14 Prohibitio cõtra mõiales.

SIXTVS.4.cõcessit magistro generali & prioribus prouincialibus ac prioribus localibus ordinis fratrũ carme.ut singuli eorum in locis sibi cõmissis possint & ualeant in pios usus conuertere/bona que nouitij ad ordinem predictum ueniẽtes tenetur restituere diuersis personis / que sciri & inueniri non possunt.B.fffo.103.&fffo.180 cõcessione.474. 15 Ex priuil. carmelit.

¶Aduertendum est ꝙ uirtute huius concessionis & communicationis priuilegiorum poterũt guardiani ordinis fratrum minorũ hoc idem facere,licet p Clementem.4.fuerit istud tantum concessum ministris & custodibus,ut patet supra.§.10. Collector Pro guardianis.

IVLIVS.2.statuit ꝙ cum aliqui fratres in ordine mino.annum probatiõis inceperint/ac deinde habitum dimiserint,sed postea ad ipsum ordinem redierint temprs prioris receptionis habitus cum tempore posterioris sibi computari uel non computari possit/iuxta discretionem & determinationem suorum superiorũ B.ffo.127.conce.283. 16 Professio.

¶Idem Iulius cõcessit ordini heremitarum.s.Augu. ut quicũ𝔮 nouitius in hmõi religione promotus fuerit ad sacros ordines habeat pro professo,& ꝙ habitũ pdicti ordinis relinquere / aut mutare nulla auctoritate possit,nisi licentiam in scriptis a generali prefati ordinis obtinuerit.b.fo.266.cõc.694.&.b.fffo 67.cõ.213. 17 Ex priuil. Augusti.

LEO.10 fecit quandam concessionem seu statutum circa electionem nouitiorum & professorum ab ordine,prout positum est supra in dictione Eijcere ab ordine.§.5.uide ibi. 18 Eijcere ab ordine.

¶ Aduerte tamen q; ista non pertinent ad fratres ob- seruantes sed ad conuentuales exceptis illis qui in cõ- uentu Parrisiensi student.

Collector ¶ Circa successionem hereditatum sunt multa, & varia concessa, & statuta per multos summos pontifices, que omnia posita sunt supra in dictione Heredes, & Hereditas. Vide ibi.

SVPERFLVITATES.

Collector ¶ Qualiter superflua que in conuentibus fratrũ mino obser. reperta fuerint, possint, & debeant tolli per generalem dicti ordinis, habetur supra in dictione generalis minister. §. 3. & . 5. & i dictiõe ornamẽta. §. 1.

SVSPENSIONES.

¶ Distinctio materie suspensionis.

Collector ¶ Aduertendum, ꝙ in priuilegijs fratrum mino. & aliorum mendicantium reperiuntur nonnulla pertinentia ad hanc dictionem suspensio. ¶ Et primo ea que concernunt absolutionem, seu dispensationem a suspensionibus incursis per fratres, habetur in dictione absolutio ordinaria quo ad fratres. § 4. & . 7. & . 8. ¶ Scdo de illis que tangũt suspensionẽ priuilegiorum, & indulgentiarum dictũ est in dictione priuilegia in multis. § ubi in margine posita est hec dictio suspẽsio.

SYNDICVS.

Collector ¶ Sciendum ꝙ omnia que in priuilegijs fratrum mi. continentur respectu syndicorum a sede apostolica deputatorũ pro huiusmodi fratribus, sunt superius posita in dictione procuratores fratrum, quia tali nomine frequentius reperiuntur nominati. Vide ergo illa in predicta dictione procuratores fratrum.

TERTIARII FRATRES ET SORORES

¶ Distinctio materie infrascripte.

Collector ¶ Aduertendum est, ꝙ ea que in priuilegijs fratrum mino. cõtinentur respectu tertiariorum sunt in mul

tiplici differētia. ¶ Quedam enim attinent ad ipsos regulam, & professionem absolute, & hec habentur in §.2 &.6 &.7 &.12.&.13.&.18.&.25.

¶ Alia pertinent in speciali ad subiectionem, & obedientiam quã iidem tertiarij habere debent, & ista ponuntur in §.3.& 4 &.5.&.8.&.16.&.17.

¶ Nonnulla cõcernunt eorundem tertiariorum exemptionem, & alia priuilegia, & hec cõtinentur in §.1.& 4.&.9.&.11.&.12.&.14.&.19.&.20.&.21.&.22.ac.23.

¶ Reliqua uero respiciunt absolutiones, & administrationem sacramentorum, hec autem consistunt in §.8.&.15 ultra ea que posita sunt supra in dictionibus absolutio ordinaria, & absolutio extraordinaria quo ad fratres, nam ratione communicationis priuilegiorum possunt gaudere illis omnibus concessis fratribus quorum sunt tertiarij.

GREGORIVS .9. concessit ꝙ tertiarij beati Francisci nequeant compelli ad aliquod iuramẽtum, nisi pacis, ac fidei, & calumnie, aut testimonij. Et statuit ꝙ non grauētur amplius impositione onerum, ꝙ sui conciues. B. fo. 19. 1

¶ Aduerte, ꝙ tertiarij de quibus in hac concessione fit mentio sunt illi qui in propriis domibus uiuunt & non fecerunt tria uota essentialia religionis. Collector

NICOLAVS .5. approbauit & confirmauit regulã fratrum, & sororum tertij ordinis beati Francisci inserẽdo totam regulam huiusmodi in suis literis: B. fo. 49. & ffo 132. conce. 298. 2

¶ Aduerte, ꝙ predicta regula principaliter attinet, ad personas que in seculo remanentes uolunt uiuere strictius ꝙ alij christiani, & parũ pertinet ad personas religiosas que fecerunt tria uota, & uiuunt in communitate, & ideo pro illis tertiarijs, tam feminis, ꝙ uiris qui sunt ueri religiosi, fecit Leo. 10. aliam regulam, que in fine ponitur ad literam, prout fuit ordinata. quia nullibi reperi eam impressam. Collector

¶ Idem Nicolaus statuit, uel potius consuluit, ꝙ predicti tertiarij procurent assumere uisitatores, & reformatores de ordine fratrum minorum. B. fo. 33. & res. 3 Visitatores

ffo.116.conce.254.

4 Cōicatio priuileg. ¶ Idem Nicolaus prefatis tertiarijs qui iuxta suū cō-silium elegerint uisitatores de ordine fratrum mi. de-dit suam benedictionem & concessit ꝙ gaudeant pri-uilegijs eiusdem ordinis penitentium seu tertiariorū a sede apostolica cōcessis & imposterum concedendis. Et insuper uoluit ꝙ huiusmodi tertiarij qui sequuti fuerint suum consilium accipiēdo uisitatorem de or-dine mi. habeant & debeant habere ministros de seip-sis iuxta formam in predicta regula comprehensam. B.fo.33 & ffo.116.conce.255.

Collector ¶ Aduerte ꝙ ut ex predictis clare colligitur, ꝙ tertia-rij qui non stant sub obedientia fratrum mi. nec gau-dent suis priuilegijs nec possunt habere ministros pro suo regimine, quod est notandum quia a paucis circa hoc aduertitur.

5 MARTINUS.5 circa subiectionem prefatorū ter-tiariorū sub obedietia generalis & prouintialiū mini-strorū ord. fra. mi. edidit quādā bullā cōmittēs hoc ne-gociū cuidā cardinali, sed q̄ nō cōstat qd super hoc idē cardinalis fecerit predicta bulla de nullo uidetur de-seruire. habetur tñ. B.fo.32.& ffo.115.conce.256.

6 Ieiunium. EUGENIUS.4.cōcessit ꝙ sorores tertij ordinis so-lūmodo teneātur ad illa ieiunia ad que fratres ordinis mi. regulā obseruātes obligati sunt, & ꝙ eosdē modos seruent in cibis quadragesimali t̄pe exceptis debilibus & infirmis.b.fo.46.& ffo.42.conce.47.

7 Uotum. SIXTUS.4 statuit ac decreuit, ꝙ uotum obediētie pauptatis & castitatis emissum a tertiarijs beati Fran-cisci habeat uim & qualitudinē uoti solēnis ac omnem inducat effectū quē inducit uotū solēne factū cuicūq; de religionionibus a sede apostolica approbatis, Ac di-stricte precipiēdo mādauit omnibus & singulis cuius-cūq; gradus dignitatis ordinis aut conditionis fuerint sub quorum cura uel iurisditione predicti tertiar ij fra-tres uel sorores tunc degebant aut in futurum dege-re contingeret; ne fratres uel sorores prenominatos prefatum uotum modo predicto emittentes matri-monium contrahere uel ante contractum consum-

mare aut religionem ipsam dimittere & ad secularem uitam redire permittat. Decreuitq; irritum quicquid in contrarium factum fuerit, ac ipsos fratres uel sorores id facientes excōmunicationis sententia innodatos fore. B. fo. 33. & ffo. 117. conce. 256. Excōmunicatio.

8

¶ Idem Sixtus statuit, q; generales & prouinciales ministri ordinis mi & eorum uicarij tam conuentuales q̄ obseruantes habeant sub sua iurisditione omnes fratres & sorores tertij ordinis beati Frācisci ubilibet infra prouintias eis cōmissas consistentes ac eos charitatiue uisitent, & eosdem iuxta regularia instituta dicti ordinis instruant & reforment necnon & corrigant etiam per ablationem habitus dicti tertij ordinis, si id qualitas excessus exegerit. De subiectione p̄latis ordinis mino. Correctio

¶ Et similiter statuit q; predicti prelati ordinis mino. possint recipere uolentes aggregari huiusmodi tertio ordini, ac etiam q; possint eisdem tertiarijs deputare uisitatorem seu confessorem predicti ordinis mino. de obseruan. uel conuentualium, prout eis plus placuerit qui eisdem tertiarijs omnia ecclesiastica sacramenta ministrare debeat. B. fo. 8. & ffo. 92. conce. 201. De receptione ad ordinem tertiario.

¶ Aduertendum est circa supradictum de receptione ad ordinem tertiariorum, q; professio debet fieri conformis regule eorundem tertiariorum de qua supra. §. 2. debet etiam fieri in communitate, ut colligitur ex alijs literis Sixti, Debent etiam alia concurrere que in predictis literis continentur, que si non concurrerint non gaudebunt priuilegijs temporalibus fratrum minorum, prout latius dicitur in fine huius dictionis. Collector

9

¶ Idem Sixtus in bulla aurea cōcessit ut tertiarij utriusq; sexus ordinum predicarorum & minorum gaudeant eiusdem priuilegijs & immunitatibus gratijs fauoribus & concessionibus ac indultis spiritualibus & temporalibus concessis & imposterum concedendis ordinibus predictorum fratrū predicatorū & minorū & illorū professoribus ac domibus & locis procuratoribus & oblatis seu alijs quomodolibet quatenus statui / & conditioni predictorum tertiariorū conue- Cōicatio priuileg.

nire possunt. B. fo. 66. & ffo. 148. conce. 362.

Collector ¶ Aduerte, ꝙ hoc est intelligẽdum de illis tertiarijs, qui faciunt tria uota, & uiuunt in cõmunitate, de quibus idem Sixtus fecit mentionem supra. §. 7.

10 ¶ Idem Sixtus statuit, ꝙ fratres predicatores & min. recipientes, seu admittentes ad priuilegia & immunitates suorum ordinum quoscũq; laicos utriusq; sexus pretextu tertij ordinis, seu alterius modi uiuẽdi, nisi gestauerint habitum dicti tertij ordinis/& professionem emiserint solitam, & in congregatione uiuant & in communi, sint excommunicati, non obstantibus quibuscunq;, Habetur in bulla prefati Sixti que incipit, Detestanda nonnullorum ambitio prout allegatur in quadam tabula priuilegiorum per quendã cõmissarium Romanum compilatam, non tamen habetur in libris priuilegiorum impressis.

Excommunicatio.

11 INNOCENTIVS. 8. extendit gratias, & indulta concessa fratribus, & sororibus tertij ordinis in communi uiuentibus, etiam illis qui uiuunt in particulari. o. fo. 64. & ffo. 69. conce. 146. & ffo. 100. conce. 375.

Collector ¶ Aduerte, ꝙ huiusmodi cõcessio debet intelligi solum de gratijs spiritualibus, quia cum sit facta oraculo uiue uocis, nihil deseruit pro rebus temporalibus. Est etiam intelligenda hec cõcessio de illis tertiarijs, qui licet uiuant in particulari, uouerunt tamen tria uota in communitate.

12 ¶ Idem Innocentius declarauit, ꝙ sorores tertij ordinis, etiam in communi uiuentes, q̃uis se astringant ad plura q̃ in earum regula continentur, non includũtur sub constitutione Ioannis. 22. reprobantis uitam & ritum fratricellorum, prout a nõnullis credebatur. B. fo. 38 & ffo. 122. conce. 266.

De sororibus tertiarijs.

13 ¶ Idem Innocentius concessit, ꝙ predicte sorores tertij ordinis beati Francisci possint libere & licite sumere uelum nigrum, & sub perpetua clausura manere quandocunq; predictis sororibus, ac ministris ordinis mino. uel alijs earum superioribus (sub quorum cura existẽt) placuerit, ac earundẽ statui uisum fuerit expedire. B. fo. 38. & ffo. 122. conce. 266. in fine.

De sororibus tertiarijs.

ALEXANDER

ALEXANDER.6. concessit / ꝙ sorores tertie re- gule in congregatione sub cura fratrum mino obser. degentes, que pro maiori parte ex eleemosynis christifidelium & labore manuum suarum uictum & uestitum recipiunt / non possint cogi ad solutionem alicuius decime, seu taxe, aut collecte, que pro tpe imponi contigerit, etiam si aliquid habeāt ꝑprii, quod tñ non sufficit eis ad quotidianas expensas. b. ffo. 56. cōce. 65. 14 De sororibus tertia rijs. Exemptio a decimis

¶ Idem Alexander concessit, ꝙ generalis & prouinciales ordinis mi. obser. possint cum consilio aliquorꝫ fratrū deputare cōfessores presbyteros seculares, uel aliorum ordinū regulares & honestos, pro fratribus & sororibus tertij ordinis, ubicunqꝫ in partibus ultramontanis cōmorantibus (s. in partibus galliarum, & hispaniarum, & ceteris eis annexis) quibus sua peccata confiteri, & ab eis quecūqꝫ ecclesiastica sacraméta recipere possint, ita tamen, ꝙ confessores huiusmodi nullo modo debeant ingredi claustra, seu interiores officinas dictarum sororum absqꝫ alterius persone bone uite & fame societate, Attamen predictam deputationem fieri posse concessit solum in locis, in quibus fratres mino. obser aut cōuentuales cōmode haberi nō possunt. B. fo. 39. & ffo. 123. conce. 269. 15 De cōfessoribus secularibus deputandis. Ingredi monasteria.

IVLIVS. 2. confirmauit literas Sixti. 4. suprapositas. §. 8. ac illis perpetue firmitatis robur adiecit, suppleuitqꝫ omnes & singulos iuris & facti defectus siqui forsan interuenerint in eisdē. Et insuper de nouo subiecit omnes fratres & sorores tertij ordinis ubiqꝫ locorum per uniuersum orbē consistentes sub obedientia & correctione generalis & prouincialiū fratrū mi. de obser. & conuentualium, ita ꝙ eos uisitare & corrigere possint iuxta formā predictarū literarū Sixti. 4. Super his autem imponit graues censuras & penas ꝑdictis tertiarijs, nisi cum effectu paruerint huiusmodi literis īfra certum terminum, ac etiam sup hoc dat certos conseruatores. B ffo. 223. conce. 529. 16 De subiectione prelatis ordinis mino. Visitatio.

¶ Idem Iulius dedit postea alias literas ad confirmationem suprascriptarum immediate cū magnis clausulis, & non obstantijs, ac deputatione conseruatorū. 17 Cōfirma-

B.ffo.225.conce. 530.

18 Habitus fratrum. ℂIdem Iulius statuit, ꝙ tertiarij portent ubiqꝫ habitum talem, ꝙ distinguantur a fratribus primi ordinis sancti Francisci, & ꝙ constituatur omnibus illis de tertia regula, quocunqꝫ nomine nuncupentur, & ubicūqꝫ sint per uniuersum orbem, habitus uniformis, qui sit communis omnibus ipsis ubiqꝫ, tam in forma q̃ in colore, ita ꝙ nulla differentia sit in habitibus eorum. In forma autem ꝙ ad minus habeant caponem latum, ut desuper scapulas descendat ab utraqꝫ parte per quatuor digitos. In longitudine uero tam a parte anteriori q̃ posteriori attingat infra cingulum, ut super illud possit cingi. Color quoqꝫ sit magis ad nigredinem tendens q̃ ad albedinem, prout habetur. B. ffo. 215. conce. 519.

19 De tertiarijs in pticulari uiuentibus. LEO. 10. in concilio Lateranensi statuit, ꝙ fratres & sorores tertij ordinis in proprijs domibus habitantes ualeant sepulturam eligere, ubi uoluerint, & ꝙ die paschatis tantum Eucharistiam / necnon extremam unctionem / ceteraqꝫ ecclesiastica sacramenta (penitentie sacramento duntaxat excepto) a proprio sacerdote parrochiali recipere debeant, Et uoluit ꝙ ad onera que laicis incumbūt perferenda teneantur, ac ꝙ in foro seculari coram iudicibus secularibus cōueniri possint. Et insuper decreuit ꝙ predicti tertiarij in proprijs domibus habitantes nullatenus admittantur tempore interdicti, ad audienda diuina in ecclesijs ordinum / quorum sunt tertiarij, si causam dederint interdicto / uel causam ipsam nutriant, seu foueant, aut dantibus auxilium, consilium, uel fauorem quoquomodo prestiterint. B. fffo. 26. conce. 86.

Sacra. Interdictū

Collector ℂAduerte / ꝙ predicta intelligenda uidentur generaliter de quibuslibet tertiariis in particulari uiuentibus, quia cum lex non distinguat, nec nos distinguere debemus, & presertim quia pro uiuentibus in cōi facta est postea sequens concessio.

20 Cōicatio priuileg. ℂIdem Leo ubi supra statuit, ꝙ tertiarii collegialiter uiuentes, seu cum claustralibus habitantes, aut mulieres uirginalem, seu celibem, aut castam uidua

lem uitam ducentes expresso uoto, & sub dicto habitu, gaudere debeat priuilegijs quibus fratres ordinis, cuius tertie regule habitum gestant, potiuntur, & gaudent. B. fffo 26 conce 87.

21 ¶ Idem Leo confirmauit, & approbauit, ac innouauit supradictis literas Sixti. § 8. cum omnibus & singulis in eis contentis clausulis, ac perpetue firmitatis robur obtinere debere decreuit. Et insuper inhibuit omnibus & singulis prelatis ecclesiasticis sub excommunicationis late sententie pena, ne sorores tertie regule beati Francisci, que tria essentialia uota emittendo collegialiter uiuunt, quasque conformiter ad prefati Sixti literas ueras religiosas esse declarauit, quomodolibet impedire presumant, quominus huiusmodi sorores iuxta priuilegia fratrum mi. possint libere & licite habere oratoria, seu ecclesias cum campanili humili & campana, ac in illis sacramentum Eucharistie in loco decenti & honesto/necnon oleum sanctum pro earum usu tantum, & cemiterium benedictum, in quo sororum decedentium corpora sepeliri possint/ac in eisdem ecclesijs aquam benedictam solenniter benedici/missasque secundum earum deuotionem cantari, & celebrari facere. B. fffo. 35. conce. 119.

Pro sororibus tertiarijs.

Excõmunicatio.

22 ¶ Idem Leo statuit/quod predicte sorores tertie regule collegialiter uiuẽtes nullatenus possint compelli per supradictos prelatos ecclesiarum & rectores aut quosuis alios ad audiendum missas & alia diuina officia in alio loco quam in dictis suis ecclesiis aut ad suscipiendum ecclesiastica sacramenta ab alio quam a confessore regulari, uel seculari eis per earum superiorem assignando/nec desuper quomodolibet molestari ualeant, ac quod huiusmodi confessor (si secularis fuerit) quãdiu officium predictum confessionis a dictis superioribus sibi impositum continuauerit, nequaquam per locorum ordinarios in premissis impediri possit. Et tandem circa premissa dedit cõseruatores omnes in dignitate ecclesiastica cõstitutos. B. fffo. 35 cõ. 119.

De sororibus tertiariis in cõi uiuẽtibus Sacra.

23 ¶ Idem Leo dedit prefatis sororibus copiosam exe-

Exeptio. ptionem a soluti 5e cuiusuis decime, aut taxe, uel col lecte etiam per sedem apostolicam imposite, si tñ ita sunt pauperes, ꝙ earum redditus nõ sufficiunt pro cõ moda earum sustentatione. B. fffo. 48. conce. 143. hoc ponitur latius supra in dictione Decime. §. 8. & in di∫ ctione Exemptio. §. 10.

24 De alienatione bonorum. ¶ Idem Leo fecit quasdam cõcessiones circa modũ, quo alienari possunt bona monasteriorum monialiũ seu sororum tertij ordinis, que posita sunt supra in dictione Abbatissa. §. 9. &. 10.

25 Noua regula ꝓ tertiarijs in cõmuni uiuentibus. ¶ Idem Leo ad instantiam diuersarũ personarum or dinauit denuo regulam pro fratribus & sororibus ter tie regule beati Frãcisci, que tria uota essentialia emit tunt, & in congregatione uiuunt, & quia huiusmodi noua regula nunꝗ fuit impressa in aliquo librorũ or∫ dinis ideo operepreciũ uisum est illã hic inserere.

¶ Sed aduertendum ꝙ predicta ordinatio regule fa∫ cta est bis, uel ter ab eodem Leone. 10. & non unifor∫ miter, quarum ultima est melior, & que in partibus Hispaniarum per Re. patrem ministrũ generalẽ triũ ordinum beati Francisci recepta & diuulgata, necnõ & omnibus predictis tertiarijs tradita est, ideoq; pre∫ fatam ultimam regulam reliquis omissis imprimere curaui de uerbo ad uerbum, prout sequitur.

DILECTIS. filijs fratribus & sororibus tertij ordi nis beati Francisci sub tribus uotis essentialibus in cõ gregatione uiuentibus.

LEO. papa. 10. Dilecti filij ac filie salutem & aposto∫ licã bene. Inter cetera nostro regimini credita ea nos potissime solicitos reddunt per que frenatis mundi, carnisq; concupiscentijs innocentie primeq; pacis ce∫ litus collate trãquillus status ad suam primeuam re∫ duci cognoscitur originem, Dudum siquidem huius gratia, fe. re. Nicolaus papa 4. predecessor noster ter∫ tiam regulam beati Frãc. quã de penitẽtia appellauit, per quã almus confessor homines utriusq; sexus fide∫ les spiritu dei plenus saluare cõtendebat confirmauit & approbauit. Verum quia temporis decursu spiran∫ te illo spiritu sancto nõ solum uiri cõiugati, mundiq;

huius incole, pro quibus a beato Franc. prefata tertia regula edita fuerat, uerum etiam innumerar uirginum chori tribus essentialibus, & a qbusdã etiã clausure nostra auctoritate assumptis uotis, constructisq monasterijs qplurimis, nõ sine militantis ecclesie fructu multiplici, & edificatione prefati tertij ordinis iugo sua colla subdiderunt, Et quoniam in dicta tertia regula quedam maritatis accommoda, celibi uero/ uirgineoq statui sub huiusmodi tertia reg dño famulantibus nullatenus decentia inectuntur, ob qd castrorum animorũ nitidi affectus ab ingressu dicti ordinis nonnunq auertuntur, nos iuxta dñi uoluntatẽ, pciosum a uili separantes, eandẽ tertiã regulã in modum, qui sequitur, distinctam de nouo confirmamus & approbamus, ac uobis & successoribus uestris seruandã transmittimus, cuius tenor sequitur & est talis.

¶ De nouitiorum/seu nouitiarum ingressu. 1. Capl'm.

FRATRES/seu sorores ad hunc tertium ordinem recipiendi debent esse fideles catholici, de heresi non suspecti, in obedientia romane ecclesie firmi, matrimonio non ligati, debitis expediti, corpore sani, animo prompti, nulla uulgari infamia maculati, cum proximis recõciliati, & de his omnibus anteq recipiantur, ab eo qui recipiẽdi habet facultatem, sunt diligenter examinandi.

¶ De his/que habent promittere fratres & sorores in professione huius tertie regule. 2. Capitulum.

FRATRES & sorores postq per unum integrũ annum habitum probationis detulerint (qui de uili panno arbitrio uisitatoris esse debet) si conuersatio laudabilis fuerit apud cõuentum/in quo quis/ uel que habitum probationis portauerit, de cõsilio discretorum dicti conuentus ad professionem dicti ordinis recipiatur, in qua professione promittat seruare mandata dei, ac satisfacturum de trãsgressionibus quas facere posset in futurum contra hanc tertiam regulam, ubi a prelatis requisitus fuerit, uiuendo in obedientia sine proprio, & in castitate.

¶ De ieiunio. 3. Capitulum.

FRATRES & sorores perpetuis temporibus feria .2.4 6.& sabbato (excepto dominice natiuitatis festo) carnes non comedant, Et a festo omniũ sanctorum usq3 ad resurrectionem domini omni feria .4. & .6. ieiunare teneantur, ac similiter qualibet sexta feria totius anni. Item a festo beati Martini usq3 ad natiuitatem domini ieiunent quotidie, iuncta quadragesima uniuersalis ecclesie usq3 ad resurrectionẽ domini / quã tamen a quinquagesima incipere debent. Diebus uero quibus non ieiunatur / bis in die dũtaxat comedant, excepto ꝙ a festo pasche usq3 ad mensem octobris laborãtes penoso, seu graui labore ter in die refici poterunt / ieiuniorum semper diebus exceptis. Poterunt autem itinerantes / infirmi, debiles, tempore necessitatis ieiunium soluere.

¶ De diuino officio, & oratione 4. Capl'm.

FRATRES & sorores in ecclesia seruent silentium, presertim quando missa celebratur, uel sermo dei proponitur, de aliis uero locis seruent qđ per suos superiores circa silentium illis fuerit ordinatũ. Debent etiam quolibet die in sero intra se & deum cogitare quid fecerint, dixerint, uel cogitauerint, quolibet autem die si potuerint commode debent audire missam, & procurare ꝙ habeãt uirum religiosum qui illis uerbum dei certis diebus proponat & eos ad penitentiam, & uirtutes inducat illi aũt uel ille, qui uel que horas canonicas sciunt per se dicere, debẽt horas canonicas ſm usum sancte Roman ecclesie persoluere, qui uero horas canonicas nesciunt dicere, dicãt duodecim Pater noster pro matutino, & pro qualibet aliarum horarum septem, addito Gloria patri in fine cuiuslibet Pater noster, addito etiam Credo, & Miserere mei deus, in principio prime, & completorij, & qui premissa nescierit, ter Pater noster pro penitentia dicere debeat. Quoties autem prandium, uel cibum sumunt, gratias deo reddere debent. De confessione uero sacramentali, & sacra communione sumẽda seruabunt ordinationem Nicolai pape .4. ꝙ ter in anno confiteantur atq3 cõmunicent, uel etiam statuta a suis

superioribus super hoc ordinata.

De prelatoꝝ & officiorum ordinatione. 5. Capl'm.

QVELIBET domus, si monasterium uirorum fuerit, habebit superiorem istius fraternitatis qui minister localis appellabitur, si uero mulierum, mater dicetur. Et eligentur per suos conuentus/ uel instituentur per suos prouinciales superiores, seu uisitatorem generalem, ita tamen ꝙ nullus sit perpetuus, sed certi temporis, Qui ministri, & matres obedient per omnia, que ad presentem regulam spectant, prouincialibus ministris ordinis mi beati Francisci & uisitatoribus deputatis ab ipsis ministris q̄diu in dictis officijs fuerint/ quo uero ad alia officia intra domum, seruabunt statuta sua.

De mō interius exteriusq̨ cōuersandi. 6. Capl'm.

CVM fratres & sorores huius fraternitatis dicantur de penitentia, oportet eos ab omni curiositate / tam in uestibus q̄ alijs quibuscunq̨ abstinere, & iuxta apostolorum principis beati Petri salubre consilium depositis ceteris uanis huius seculi ornamentis nullum ornamentum corporale portare debent, nisi solum humile/ & necessarium tegmentum corporis sui. Debēt etiam ab accessu curiarum principum/ dominorum, seu dominarum ubi mollia huius mundi (domino testante) habent̄, omnino cauere, nec ullo unq̄ tempore choreis ludis, iocis, & alijs histrionum uanitatibus interesse Debent quoq̨ esse parci in uerbis & locutionibus, que raro sine peccato multiplicantur, & super omnia ab omni mendacio, & iuramento quocunq̨, iuxta mandatum domini, nisi pro pace, fide calumnia, & testimonio perhibendo, cauere debēt, & omni die in sero inter cetera debent examinare se/ si uel mendacium, uel iuramētum aliq̄d fecerint, & pro quolibet ter Pater noster dicere debent.

De uisitatione & cura infirmoꝝ. 7. Cap.

SI quis frater uel soror huius fraternitatis in infirmitatē ceciderit, minister domus, uel mater semel quotidie ꝑ se uel per aliam ꝑsonā uisitare teneat̄, & de bōis cōibus oīa necessaria diligēter faciat illi ministra

ri, teneat'q; infirmũ, uel infirmã monere ad penitẽtiã acceptandam, ueramq; conuersionem ad deum faciẽdam/mortis propinquitatem/& iudicij diuini districtionem, simulq; diuinam misericordiã proponẽdo.

¶ De uisitatione quã prelati debent facere circa fratres, & sorores. 8. Capitulum.

MINISTER prouincialis fratrum minorũ, uel uisitator eiusdem ordinis cui ipse commiserit, uisitabit quolibet anno semel tantum quãlibet domũ cum presentiã seniorum, Et facta uisitatione, non debet intrare officinas, nec alia interiora sororum. Ipse autem uisitator nunq̃ solus maneat & separatus cum aliqua sorore. Debent autem ministri, & matres dicere uisitatori defectus qui correctione indigent, similiter & alij fratres & sorores, Et si aliqui fuerint incorrigibiles iudicio discretorũ, uel discretarum domus, tanq̃ morbida pecora eijciantur de congregatione.

¶ De officijs mortuorum. 9. Capitulum.

POSTQVAM aliquis frater, uel soror ab hac luce migrauerit, curabit minister, seu mater, q̃ eius exequie solẽniter celebrẽtur, quibus exequijs omnes fratres, uel sorores alicuius domus, ubi ipsum mori contigerit, personaliter interesse debent, nec recedere donec corpus traditum sit sepulture, & pro anima cuiuslibet defuncti, uel defuncte, infra octo dies quilibet sacerdos unam missam, scientes autem Psalterium. 50. ps. nescientes uero ps. quinquaginta Pater noster, & in fine cuiuslibet Requiem eternam dicere teneantur In fine autem cuiuslibet anni, seu infra quemlibet annum, quilibet sacerdos tres missas pro defunctis, scientes psalterium, unum psalterium/nescientes uero psalterium, centum Pater noster cum Requiem eternam in fine cuiuslibet dicere debeant, & circa ista officia pro defunctis, & alia officia diuina in presenti serie annexa, cura imponitur ministris & matribus, ut fideliter persoluantur.

¶ De obligatione cõtentorum in regula. 10. Capl'm.

OMNIA & singula in presenti regula cõtenta/sunt cõsilia ad facilius saluandas aĩas uiatorũ, &

nulla sunt obligatoria ad peccatū mortale uel uenia-le/nisi humano uel diuino iure aliquis alias esset ob-ligatus. Obligantur tamen fratres & sorores facere pe nitentias sibi a superioribus impositas quando super hoc requiruntur, Obligantur etiam ad tria uota essen tialia/paupertatem nihil habendo in speciali, castita-tem/quia post uotum non possunt matrimoniū con-trahere/nec sine transgressione uitijs carnis se immi-scere; & obedientiam quantum ad illa sine quibus nō potest commode ista fraternitas manuteneri, Tenen-tur etiam ad clausuram seruandam ille que ipsam ex-presse seruare uouerint, quod omnibus & singulis cō-uentibus concedimus/dummodo hospitalitas & cha ritas quam exercere solent apud infirmos nullum cū honestate patiatur detrimētum. Datum Rome apud sanctum Petrum/sub annulo piscatoris/Die uigesima Ianuarij. 1521. Pontificatus nostri Anno octauo.

Euangelista.

EX PREDICTIS OMNIBVS COLLIGEN-dum est, ꝙ fratres & sorores tertij ordinis sancti Fran-cisci sunt in triplici Differentia.

¶ Quidam enim illorum & primi tempore sunt illi/ qui non faciunt tria uota essentialia religionis nec in congregatione uiuunt sed in proprijs domibus cum suis uxoribus & filijs aut familijs, prout alie persone seculares excepto ꝙ obseruāt ea que in regula per Ni-colaum. 4. compilata continentur, & isti sunt proprij tertiarij per beatum Franciscum instituti.

¶ Alij tertiarij sunt qui faciunt predicta tria uota in manibus sui ministri uel ministre coram sua cōmuni-tate, sed hi subdistinguuntur quia aliqui istorum post emissionem uotorum seu professionem predicto mo do factam remanēt & uiuunt in cōmuni, Reliqui uero licet faciant professionem in cōmunitate ut supradi-ctum est tamen postea non uiuunt in cōmunitatibus sui ordinis sed in aliquibus heremitorijs uel ecclesijs separatis a conuentibus dicti ordinis.

De prima dīa tertia riorū sācti Francisci.

¶ Primi istorum tertiariorum sunt illi qui ordinati

fuerunt per beatum Franciscum, & hi non conuertuntur in personas ecclesiasticas, sed remanent ut personę mere seculares, prout Sixtus. 4. declarauit in bulla preallegata supra. §. 7. & ideo post istam declarationem non est intelligendum ꝙ respectu huiusmodi tertiariorum extendatur iurisditio & gubernatio que fratribus mi. super tertiarios commissa est, quia talem iurisditionem seu gubernationem nō possunt fratres mi. habere super personas seculares, prout sunt prefati primi tertiarij, ac pro tanto bulla Eugenij. 4. que dat fratribus mi. iurisditionem super tertiarios extra cōmunitatem uiuentes debet intelligi post supradictam declarationem Sixti de illis qui fecerunt professionē in cōmunitate & postea uiuunt extra illam, Et si forte reperiretur aliqua bulla que conferret expresse iurisditionem fratribus mi. super huiusmodi tertiarios qui manent in seculo cum uxoribus & filijs seu alio modo consimili tunc esset aduertendum utrum talis bulla fuerit ante predictam declarationem, & in hoc casu iam nihil operatur, si autem fuit post supradictā declarationem tūc etiam nihil ualet, nisi expresse declarationem tunc etiam nihil ualet, nisi expresse derogaret huiusmodi declarationi Sixti immo esset reputanda tanq̄ subreptitia. Et insuper esset contra puritatem professionis predictorum fratrum mi. quia (ut dictum est) cum huiusmodi tertiarij sint declarati nō esse persone religiose non potest conuenire fratribus predictis iurisditio super illos, Verū est tamen ꝙ predicti fratres mino. possent licite super prefatos tertiarios primi gradus habere quandam diligentiam seu curam spiritualem pro directione animarum illorū; utpote audiendo confessiones eorum & conferendo illis sacramentum Eucharistie frequentius q̄ alijs fidelibus necnon cōmunicando eis aliquas indulgentias & peccatorum remissiones & alia similia spiritualia quemadmodum fit confratribus & oblatis ordinis, & adhuc non haberent tantam auctoritatem super huiusmodi tertiarios sicut super oblatos perpetuos nisi similiter se offerrent & donarent in forma iuridica, &

tunc etiam non esset nisi quedam obligatio mutua sine preiudicio decimarum & tributorum ac iurisditionem ecclesiasticarum & secularium quibus manerent semp obligati ut alij mere seculares, & facit ad hoc determinatio Cōcilij Lateranensis suprapo sita in .§.19.

¶ Aduertendum est etiam ꝙ habitus predictorum tertiariorum primi gradus non reperitur determinatus in aliquibus literis apostolicis, nam habitus determinatus per Nicolaum.4. in regula quam ipse compilauit intelligitur secundum declarationem Sixti pro illis qui faciunt tria uota & uiuant in communitate, Consuetudo tamen uel potius corruptela interpretata est in diuersis prouintijs & regnis diuersas formas habituum ita ꝙ in aliquibus partibus deferunt huiusmodi tertiarij habitus consimiles habitibus fratrum mi. licet hoc fit expresse contra priuilegia predictorū fratrum mi. & nōnunq̄ eueniat inde materia scādali. De habitu tertiarioꝝ seculariū.

¶ Videtur tamen ꝙ habitus quem in partibus italie deferunt predicti tertiarij sit eorum statui & rationi magis condecens, quia quo ad formam deferunt uestes prout alij seculares, & quo ad colorē sicut fratres mino. & est uerisimile ꝙ talem habitum uoluit beatus Franciscus ꝙ predicti tertiarij deferrent, cum ab antiquo in partibus ubi prefatus sanctus primo instituit predictum tertium ordinem & ubi pro maiori parte conuersatus est obseruatus sit, & de presenti obseruetur talis modus habitus. Nota.

¶ Non possunt tñ p̄fati tertiarij deferre cordam sicut fr̄es mi. qa adhuc alij tertiarij q uiuunt collegialr nequeūt portare hmōi cordā regula ipsorū prohibente. Nota pro corda fratrū mino.

¶ Itē est aduertendum ꝙ ab huiusmodi tertiarijs nō p̄nt a fratribus mi. recipi aliquod uotū religionis sed ad plus potest fieri quedam acceptatio seu admissio ad predictam tertiam regulam exhortando illos ꝙ eā obseruent & adiuuando eos in confessionibus & alijs spiritualibus sicut confratribus ordinis, prout supradictum est. Nec etiam propter hoc efficiuntur fratres superiores illorum sed remanent ut prius sub iurisditione ordinaria tam ecclesiastica q̄ seculari.

De suplo- ribus ter- tiariorū. ¶ Possunt tamen huiusmodi tertiarii (ad instar modi qui obseruatur cōmuniter in confraternitatibus) habere uelut superiores aliquos ex seipsis qui nominentur ministri uel alio nomine ut eorum curam habeāt ad conuocandum uel puniendum eos. &c. Sed huiusmodi ministri non sunt censendi tanquam illi ministri de quibus Nicolaus .4. facit mentionem in predicta regula tertiariorum, quia ueri ministri qui debent gubernare tanquam prelati sunt solummodo illorum tertiariorum pro uouent tria uota, & uiuunt in cōmunitate, aliter enim sequeretur ꝙ tertiarij primi gradus essent proprie religiosi, cuius tamen contrarium declaratum est per Sixtum. 4. ubi supra.

¶ Est insuper sciendum ꝙ huiusmodi tertiarij nō gaudent priuilegijs (saltem temporalibus) fratrum min. nam postquam Sixtus .4. declarauit ꝙ tales tertiarij non erant religiose persone non extenduntur ad eos communicationes priuilegiorum quas fecerunt tertiarijs Nicolaus .4. & Sixtus. 4. sed solum de alijs qui sunt religiosi, Nec obstat predictis quedam concessio Innocentij .8. suprapósita §. 10. qua extendit omnia priuilegia concessa tertiarijs in communi uiuentibus ad eos qui uiuunt in particulari; quia illa concessio cū sit uiue uocis oraculo facta non facit fidem nisi pro foro conscientie & pro rebus spiritualibus, Et dato casu ꝙ faceret fidem in iudicio & extenderetur ad temporalia non debet intelligi nisi de illis qui fecerunt professionem in communitate, & postea uirtute alicuius dispensationis uiuunt in particulari (prout sepe accidit etiam in fratribus aliorum ordinum magis principalíū) licet tamen adhuc istud nō cōstet nimis clare.

Aduerte. ¶ Vnde sequitur ꝙ grauis error fuerit quorūdam religiosorum qui intuitu pietatis uel deuotionis incōsiderate procurauerunt ꝙ predicti tertiarij in aliquibus partibus non soluerent decimas nec primitias asserendo esse exemptos ab huiusmodi & a solutione tributorum & uectigalium dominis temporalibus, presertim quia istud sepe redundat in non modicum dānum uicinorum huiusmodi tertiariorum. & exa-

ctorum reddituum, quia sunt aliqua predictorum onerum talis qualitatis, ꝙ quantum aufertur oneris uni uel pluribus exemptis seu priuilegiatis de populo tñ superimponitur alijs eiusdem populi non exemptis neqꝫ priuilegiatis, Et insuper qui prefatam exemptionem de facto procurauerunt incurrerunt in excõmunicationem ut patet supra in .§.10. circa quod propterea ualde aduertendum est & cauendum in futurum.

QVO ad secundum gradum tertiariorũ qui iuxta declarationem Sixti supradictam .§.7. faciũt tria uota & uiuũt in cõi sunt aliqua aduertẽda. De secunda drĩa tertiariorum sci Frãci.

¶Primum est ꝙ isti sunt uere persone ecclesiastice & religiose & sunt exempti ab omni iurisditione ecclesiastica & seculari excepta subiectione quam debent habere ordini minorũ de qua supradictũ est .§.8. &.16. Nota.

¶ Alterum est ꝙ habitus istorum tertiariorum ſm regulam cõfirmatam per Nicolaum .4. debet esse coloris nec prorsus nigri nec prorsus albi sed quia predictus Nicolaus nihil dixit de forma huiusmodi habitus ac etiam de colore locutus est obscure fuit postea per Iuliũ .2. prouisum circa utrũqꝫ ut habetur supra .§.18.

¶De cingulo autem huiusmodi tertiariorum dicitur in prefata regula confirmata per Nicolaum .4. ꝙ sit corrigia & non corda sicut est cingulũ fratrũ mino.

¶ Aliud est etiam notandum circa supradictos tertiarios, ꝙ super eos habent iurisditionem & superioritatem fratres mino tam obseruantes q̃ conuentuales, ut patet supra .§.8. & 16. & qa utrisqꝫ fratribus mi. commissa est ideo est locus preuentioni.

¶Vnde sequitur ꝙ licet huiusmodi tertiarii sint sub obedientia fratrum mino. conuentualiũ possunt prelati fratrum obser. in de ectũ uel absentia prelatorum conuentualium corrigere predictos tertiarios, ac similiter econtra. Ratio huius est quia non datur aliquibus gubernatio & iurisditio, ut occasione illius committantur impune illicita. Quapropter potest quelibet dictarum diuersitatum fratrum minorum exequi super p̄fatos tertiarios iurisditionẽ in defectũ alterius. Nota.

¶R eliquum insuper aduertendum est ꝙ huiusmodi

tertiarij in communi uiuentes gaudent omnibus priuilegijs concessis fratribus mi. sub quorum gubernatione consistunt, ut patet supra in. § 4. &. 9. & 20

¶ De alijs uero tertiarijs qui licet in communitate professionem fecerint sed postea in particulari extra suas communitates uiuunt uidetur q nequeant gaudere priuilegijs tpalibus nec spiritualib' quibus fratres mi. & alij tertiarij collegialiter uiuentes gaudent, hoc patet per statutũ concilij Lateranensis suprapositũ. § 19.

De tertia dña tertiariorum.

QVO ad tertium uero gradum tertiariorum. s. eorum qui nec sunt mere seculares ut primi supradicti nec fecerunt professionem in cõmunitate ut secũdi etiam supradicti, sed qui propria auctoritate assumpserunt habitum tertiariorum aut illum receperunt ab aliquibus fratribus mi. non obseruata forma supradicta & qui post assumptionem uel receptionem huiusmodi habitus ac etiam emissione professionis extra communitatem uiuunt in aliquibus heremitorijs seu in domibus secularibus, non dubiũ est quin temeritatem eximiam committant, & q tales nullatenus sunt tertiarij sancti Francisci nec alicuius regule ab apostolica sede approbate ac per cõsequens q nequeunt gaudere priuilegijs fratrum mi. nec tertiariorum nec existunt sub iurisditione illorum, possunt tamen & debent procurare fratres min q prelati ecclesiastici ordinarij procedant contra tales, quia deferunt habitum religionis cuius ipsi non sunt, sicut habetur supra in dictione Habitus fratrum. § 3. & 4. & hec de tertiarijs sancti Francisci dixisse sit satis.

Collector ¶ Sciendum est ulterius q solus sanctissimus pater Franciscus instituit fratres & sorores tertij ordinis seu de penitentia nũcupatos ut supra dictum est, propter quod in eius laudem canit ecclesia. Tres ordines hic ordinat primumq; fratrum nominat minorum, pauperumq; fit dominarum medius, sed penitentum tertius sexum capit utrunq;. At tamen postea nonnulli alij ordines presertim fratrum mendicantium prefatam institutionem aliqualiter imitari nisi sunt, nam fratres Predicatores & Augustinenses, necnon & Car

melite obtinuerunt a sede apostolica, ut aliquae personae utriusq; sexus in propriis domibus habitantes, aut saltē nō in cōgregatione regulari uiuentes, sed certo modo sub hmōi ordinibus respectiue degentes, quae pinzochere, aut mantellatae, uel de penitētia dicūtur, gauderet priuilegijs dictoꝝ ordinū, hoc patet quo ad predicatores. B. ffo. 240. cōce. 573. & quo ad Augustiñ. B. ffo. 249. cōce. 622. & quo ad Carmelitas. B. ffo. 180. conce. 427. De omnibus autem huiusmodi personis, que ut plurimum sunt femine, dictum est supra satis late in dictione Mulieres. & nonnulla alia adduntur hic, prout sequuntur.

SIXTVS. 4. concessit fratribus Carmelitis, ut possint administrare sacramenta eucharistie, & extreme unctionis suis pinzocheris, & mantellatis, que sunt uelut tertiarie ordinis mi. in particulari uiuentes (prout arbitror) etiam in eorūdem domibus, Et similiter concessit, qd cū tales decedere contigerit, possint eorum cadauera ad eorundem fratrum ecclesias tumulanda deferre absq; licentia alicuius prelati ecclesiastici, & contradictione quacunq; non obstāte. B. fo. 97. & ffo. 180. conce. 426. Sacra.

¶ Aduerte, & uide circa hoc ea que statuta sunt in cōcilio Lateranensi, ut habetur supra. § 18. Collector

¶ Idem Sixtus fecit aliam cōcessionem, sicut immediate suprascriptam fratribus Augustinensibus, ut habetur. B. ffo 247 conce. 621.

¶ Aduerte, q de huiusmodi personis, que sunt uelut tertiarij fratrum minorum, dicta sunt multa supra in dictione Mulieres. uide ibi. Collector

TRANSIRE AD ALIOS ORDINES.

QVALITER possint, aut non possint fratres min. transire de sua religione ad aliam, uel de una obedientia ad aliā, dictū est supra in multis dictionibus. s. in dictione Abbas, & in dictione Apostate, & in dictione Nouitius, & in dictione Obedientia, & in dictione Obseruantes fratres. Vide ibi. Collector

¶ Distinctio materie uenditionis.

Collector ¶ Aduerte ꝙ nõnulla reperiuntur in priuilegijs fratrum mino. que pertinent ad materiam uenditionis. & horũ aliqua spectant ad fratres alia uero ad moniales cure ipsorum commissas. prout infra patebit.

NICOLAVS.3. concessit, ꝙ cum expedierit utili-
1 tati fratrum mino. uendere aut commutare aliquas res usui eorum prius concessas commutatio talium rerum pro rebus quibus usum fratribus liceat habere procedat seu fiat auctoritate uel licentia generalis & prouincialium ministrorum in suis administrationibus coniunctim aut diuisim. Voluit tamen & ordinauit ꝙ si res huiusmodi estimato precio uendi conti-
Procurator uel Syndicus. gerit fiat per procuratorem uel syndicum a sede apostolica uel a protectore ordinis deputatũ & ꝙ per eũ pecunia pro precio rei uendite habita recipiatur / & expendatur in rem licitam, cuius usum fratribus licet habere. habetur in declaratione Exijt qui seminat. ffo. 10. in. 2. tractatu. & B. fo. 8.

2 CLEMENS. 5. declarauit non licere fratribus mi.
Superflui tates. habere hortos ut colantur ac olera & alia hortalicia precio distrahantur, & idem de quibuslibet alijs rebus habetur in declaratione regule que incipit Exiui de paradiso ffo. 15. in 2. tractatu. & fo. 14. tractatu. 3.

SIXTVS. 4. fecit duas concessiones pro fratribus
3 mino. pertinentes ad hanc materiam, que posite sunt supra in dictione Bona in § 5. & 6 uide ibi.

4. LEO. 10. fecit quandam concessionem super uendi-
Apostate. tionem bonorum que aliqui fratres mi. acquisierunt cum extra obedientiam ordinis euagarentur, sed hec etiam posita est supra in dictione Bona § ultimo.

5 ¶ Idem Leo fecit aliam concessionem circa cõmu-
Eleemosynas. tationem seu uenditionem eleemosynarum superabundantium, prout habetur supra in dictione Eleemosynas § ultimo.

6 ¶ Idem Leo respectu uẽditionis seu alienationis bo-
De bonis monialiũ. norum monasteriorum monialium s. Clare & tertij ordinis fecit duas concessiones, que posite sunt in dictione Abbatissa § penultimo & ultimo.

CLEMENS

CLEMENS.7.extendit ad ordinem nostrum regularis obser.supradictam Leonis concessionem positã in dictione Abbatissa.§.ulti.dũmodo recipiende pecunie in domorum nostrarum reparationem/& earũdem necessitatis conuertantur prout patet per breue eiusdem datum die.7.Martij.1524.

VICARIVS.

¶Distinctio materie uicariorum.

¶Aduertendum ꝙ de multiplicibus uicarijs reperitur facta mentio in priuilegijs fratrum mino. Collector

¶Et primo de uicario totius ordinis/qui cedēte uel decedente generali ministro eligi debet.

¶Secũdo de uicarijs generalibus/& prouincialibus cismontanis/& ultramontanis/qui per conciliũ Constantiense fuerunt ordinati pro regimine fratrum mi. regularis obseruan.

¶Tertio de uicarijs conuentuum/uel domorũ predictorum fratrum/seu monialium eis cõmissarum, & de singulis istorum dicentur infra aliqua que ad eos spectant.

¶De uicario totius ordinis.

NICOLAVS.4.statuit & ordinauit ac districte inhibuit fratribus mino. ne deficiente ministro generali possint eligere aut constituere aliquem fratrem in uicarium ordinis prefati, absq; Romani pontificis & protectoris eiusdem ordinis licentia speciali per ipsius Romani pontificis patentes literas concedenda facientes plenam & expressam de huiusmodi literis mentionem.b.fo.31.& ffo.32.conce.33. 1 De uicario ordinis.

¶Aduertendum ꝙ post hec in statutis generalibus auctoritate apostolica in capitulo generali Burgensi factis sub sequēti modo statutum & ordinatum est in capitulo undecimo de institutionibus officiariorum. Collector

¶Ceterum ordinatur ꝙ superueniente morte ministri generalis si moriatur in partibus de quibus assumptus est minister in cuius prouincia moritur teneatur cõuocare partes diffinitores illarum partium in quibus Statutum generale.

bus moritur minister generalis quáprimum fieri poterit ad locum commodiorem pro electione uicarij ordinis, in qua electione dictus minister presideat/& habeat uocem actiuam/& passiuam sicut ipsi diffinitores,& ille in quem maior pars illorum consenserit/sit uicarius totius ordinis. Si uero moriatur in partibus quibus preest commissarius generalis electus secundum formam bulle unionis/defuncto generali ministro minister in cuius prouincia moritur/quáprimum fieri poterit/teneatur portare/uel legitime impeditus mittere sigillum ordinis patri commissario generali illarum partium / registro ordinis bene clauso/& sigillato sigillis ministri prouincialis/& conuentus in quo moritur apud scribam ordinis curam eiusdem registri habere solitum remanente, Qui quidem commissarius generalis teneatur/quáprimum fieri poterit/dictam conuocationem diffinitorum ad locum cõmodum facere,in qua congregatione tam commissarius generalis prefatus/q̃ minister in cuius prouintia est defunctus/uocem actiuam sicut & diffinitores habeant. Eligendus uero semper sit de eisdem partibus ex quibus generalis minister erat assumptus Si autẽ prouintia/in qua moritur generalis minister/esset ministro prouinciali orbata commissarius illius prouincie in predictis suppleat uicem ministri prouincialis eiusdem,Et si aliquis diffinitorum predictorum fuerit morte preuentus/minister prouincialis sue prouincie uel ipso ministro defuncto cõmissarius illius prouincie ad predicta supplebit. Quod si generalis minister moriatur in terminis duabus prouincijs communibus minister prouincie prioris in ordine prouinciarum teneatur(ut predictum est)prouidere.Et si in terminis aliquibus prouintijs indifferentibus uel in mari moriatur huiusmodi prouisio ad propinquiorem prouintiam pertinebit.

¶De uicarijs generalibus & prouincialibus.

2 De uicarijs gene- CONCILIVM Constantiense statuit q̄ prelati superiores fratrum mino. regularis obseruan appellarentur uicarij generales & prouinciales respectiue, &

hoc idem confirmauerunt multi alij summi pontifi- ces, ac ordinauerunt multa & uaria circa huiusmodi uicarios, sed quia post capitulum generalissimum to- tius prefati ordinis Rome celebratum translatum est officium ministeriatus ad fratres minores obseruan- tes ac per consequens cessauit denominatio predicto- rum uicariorum omnia etiam illa que respectu talis denominationis fuerant statuta seu concessa similiter cessauerunt ideo superfluum foret hic illa ponere, qui autem uoluerit predicta que ad prefatos uicarios per tinebant uidere reperiet ea in libris monumentorũ ordinis predicti tam prime ꝗ secunde impressionis/ necnon & aliqua in supplemento postea edito. ralibus & prouincialibus.

¶ De uicarijs & confessoribus monialium.

INNOCENTIVS .4. statuit ꝙ fratres mino. qui in monasterijs monialium fuerint deputati pro seruitio illarum in spiritualibus dũtaxat deseruiant ut habetur latius supra in dictione Monasteria. § .2. § De uicarijs monialium.

IVLIVS .2. statuit & ordinauit ꝙ confessores seu ui carij monialium sancte Clare & aliarum religiosarũ sub cura fratrum mino. in regnis Hispaniarum degen tium nullatenus possint ultra triennium officia hu- iusmodi exercere, & ꝙ predicto triennio finito uel an- tea (si ministro prouinciali expediẽs uidebitur) a pre- dicto officio absoluantur. B. fffo. 49. conce. 145. ¶ Particularis pro hispania. De duratione uicariatus.

¶ Aduerte ꝙ idem Iulius ordinauerat prius hoc idẽ generaliter loquendo de omnibus & singulis officijs trium ordinum beati Francisci, ut habetur supra in di ctione Officia ordinis. § .4. Collector.

¶ Circa auctoritatem uero huiusmodi uicariorum uide aliquid infra post. § sequentem.

¶ De uicarijs conuentuum fratrum minorum.

¶ Idem Iulius in cõmunicatione amplissima quam fecit fratribus ordinis mi. de priuilegijs fratrum ordi- nis predicatorum concessit ꝙ ea que spectant ad uica- rios conuentuum aut singularum domorum prefati ordinis predicatorum similiter spectent & pertineant ad uicarios conuentuum & domorum ordinis mi. B. ffo. 228. cõce. 559. & fffo. 74. cõ. 222. hoc habet latius. § De uicarijs cõuẽtuũ frum.

FRATRES & sorores perpetuis temporibus feria.2.4 6.& sabbato(excepto dominice natiuitatis festo)carnes non comedant,Et a festo omniū sanctorum usq; ad resurrectionem domini omni feria.4.& 6.ieiunare teneantur,ac similiter qualibet sexta feria totius anni.Item a festo beati Martini usq; ad natiuitatem domini ieiunent quotidie, iuncta quadragesima uniuersalis ecclesie usq; ad resurrectionē domini/ quā tamen a quinquagesima incipere debent. Diebus uero quibus non ieiunatur/bis in die dūtaxat comedant, excepto q a festo pasche usq; ad mensem octobris laborātes penoso,seu graui labore ter in die refici poterunt/ieiuniorum semper diebus exceptis. Poterunt autem itinerantes/infirmi, debiles,tempore necessitatis ieiunium soluere.

¶De diuino officio,& oratione 4.Cap^m.

FRATRES & sorores in ecclesia seruent silentium,presertim quando missa celebratur,uel sermo dei proponitur,de aliis uero locis seruent qđ per suos superiores circa silentium illis fuerit ordinatū. Debent etiam quolibet die in sero intra se & deum cogitare quid fecerint,dixerint,uel cogitauerint,quolibet autem die si potuerint commode debent audire missam,& procurare q habeāt uirum religiosum qui illis uerbum dei certis diebus proponat & eos ad penitentiam,& uirtutes inducat illi aūt uel ille, qui uel que horas canonicas sciunt per se dicere,debēt horas canonicas ſm usum sancte Roman ecclesie persoluere,qui uero horas canonicas nesciunt dicere,dicāt duodecim Pater noster pro matutino,& pro qualibet aliarum horarum septem,addito Gloria patri in fine cuiuslibet Pater noster, addito etiam Credo,& Miserere mei deus,in principio prime, & completorij, & qui premissa nescierit,ter Pater noster pro penitentia dicere debeat.Quoties autem prandium, uel cibum sumunt,gratias deo reddere debent. De confessione uero sacramentali,& sacra communione sumēda seruabunt ordinationem Nicolai pape.4. q ter in anno confiteantur atq; cōmunicent,uel etiam statuta a suis

superioribus super hoc ordinata.

¶ De prelatorum & officiorum ordinatione. 5. Capl'm.

QVELIBET domus, si monasterium uirorum fuerit, habebit superiorem istius fraternitatis qui minister localis appellabitur, si uero mulierum, mater dicetur. Et eligentur per suos conuentus/ uel instituentur per suos prouinciales superiores, seu uisitatorem generalem, ita tamen quod nullus sit perpetuus, sed certi temporis, Qui ministri, & matres obedient per omnia, que ad presentem regulam spectant, prouincialibus ministris ordinis mi beati Francisci & uisitatoribus deputatis ab ipsis ministris quamdiu in dictis officiis fuerint/quo uero ad alia officia intra domum, seruabunt statuta sua.

¶ De modo interius exteriusque conuersandi. 6. Capl'm.

CVM fratres & sorores huius fraternitatis dicantur de penitentia, oportet eos ab omni curiositate / tam in uestibus quam aliis quibuscunque abstinere, & iuxta apostolorum principis beati Petri salubre consilium depositis ceteris uanis huius seculi ornamentis nullum ornamentum corporale portare debent, nisi solum humile/ & necessarium tegmentum corporis sui. Debent etiam ab accessu curiarum principum/ dominorum, seu dominarum ubi mollia huius mundi (domino testante) habentur, omnino cauere, nec ullo unquam tempore choreis ludis, iocis, & aliis histrionum uanitatibus interesse Debent quoque esse parci in uerbis & locutionibus, que raro sine peccato multiplicantur, & super omnia ab omni mendacio, & iuramento quocunque, iuxta mandatum domini, nisi pro pace, fide calumnia, & testimonio perhibendo, cauere debent, & omni die in sero inter cetera debent examinare se/ si uel mendacium, uel iuramentum aliquod fecerint, & pro quolibet ter Pater noster dicere debent.

¶ De uisitatione & cura infirmorum. 7. Cap.

SI quis frater uel soror huius fraternitatis in infirmitatem ceciderit, minister domus, uel mater semel quotidie per se uel per aliam personam uisitare teneatur, & de bonis communibus omnia necessaria diligenter faciat illi ministra

ri, teneatq; infirmũ, uel infirmã monere ad penitẽtiã acceptandam, ueramq; conuersionem ad deum faciẽdam/mortis propinquitatem/& iudicij diuini districtionem, simulq; diuinam misericordiã proponẽdo.

¶ De uisitatione quã prelati debent facere circa fratres, & sorores. 8. Capitulum.

MINISTER prouincialis fratrum minorũ, uel uisitator eiusdem ordinis cui ipse commiserit, uisitabit quolibet anno semel tantum quãlibet domũ cum presentiã seniorum, Et facta uisitatione, non debet intrare officinas, nec alia interiora sororum. Ipse autem uisitator nunq̃ solus maneat & separatus cum aliqua sorore. Debent autem ministri, & matres dicere uisitatori defectus qui correctione indigent, similiter & alij fratres & sorores, Et si aliqui fuerint incorrigibiles iudicio discretorũ, uel discretarum domus, tanq̃ morbida pecora eijciantur de congregatione.

¶ De officijs mortuorum. 9. Capitulum.

POSTQVAM aliquis frater, uel soror ab hac luce migrauerit, curabit minister, seu mater, q̃ eius exequie solẽniter celebrẽtur, quibus exequijs omnes fratres, uel sorores alicuius domus, ubi ipsum mori contigerit, personaliter interesse debent, nec recedere donec corpus traditum sit sepulture, & pro anima cuiuslibet defuncti, uel defuncte, infra octo dies quilibet sacerdos unam missam, scientes autem Psalterium. 50. ps. nescientes uero. ps. quinquaginta Pater noster, & in fine cuiuslibet Requiem eternam dicere teneantur In fine autem cuiuslibet anni, seu infra quemlibet annum, quilibet sacerdos tres missas pro defunctis, scientes psalterium, unum psalterium/nescientes uero psalterium, centum Pater noster cum Requiem eternam in fine cuiuslibet dicere debeant, & circa ista officia pro defunctis, & alia officia diuina in presenti serie annexa, cura imponitur ministris & matribus, ut fideliter persoluantur.

¶ De obligatione cõtentorum in regula. 10. Capl'm.

OMNIA & singula in presenti regula cõtenta/sunt cõsilia ad facilius saluandas aĩas uiatorũ, &

nulla sunt obligatoria ad peccatū mortale uel ueniale/nisi humano uel diuino iure aliquis alias esset obligatus. Obligantur tamen fratres & sorores facere penitentias sibi a superioribus impositas quando super hoc requiruntur, Obligantur etiam ad tria uota essentialia/paupertatem nihil habendo in speciali, castitatem/quia post uotum non possunt matrimoniū contrahere/nec sine transgressione uitijs carnis se immiscere, & obedientiam quantum ad illa sine quibus nō potest commode ista fraternitas manuteneri, Tenentur etiam ad clausuram seruandam ille que ipsam expresse seruare uouerint, quod omnibus & singulis cōuentibus concedimus/dummodo hospitalitas & charitas quam exercere solent apud infirmos nullum cū honestate patiatur detrimētum. Datum Rome apud sanctum Petrum/sub annulo piscatoris/Die uigesima Ianuarij. 1521. Pontificatus nostri Anno octauo.

Euangelista.

EX PREDICTIS OMNIBVS COLLIGENdum est, ꝙ fratres & sorores tertij ordinis sancti Francisci sunt in triplici Differentia.

¶ Quidam enim illorum & primi tempore sunt illi/ qui non faciunt tria uota essentialia religionis nec in congregatione uiuunt sed in proprijs domibus cum suis uxoribus & filiis aut familiis, prout alie persone seculares excepto ꝙ obseruāt ea que in regula per Nicolaum. 4. compilata continentur, & isti sunt proprij tertiarij per beatum Franciscum instituti.

¶ Alij tertiarij sunt qui faciunt predicta tria uota in manibus sui ministri uel ministre coram sua cōmunitate, sed hi subdistinguuntur quia aliqui istorum post emissionem uotorum seu professionem predicto modo factam remanēt & uiuunt in cōmuni, Reliqui uero licet faciant professionem in cōmunitate ut supradictum est tamen postea non uiuunt in cōmunitatibus sui ordinis sed in aliquibus heremitorijs uel ecclesijs separatis a conuentibus dicti ordinis.

De prima dña tertiariorū sācti Francisci.

¶ Primi istorum tertiariorum sunt illi qui ordinati

fuerunt per beatum Franciscum, & hi non conuertuntur in personas ecclesiasticas, sed remanent ut personae mere seculares, prout Sixtus .4. declarauit in bulla preallegata supra .§.7. & ideo post istam declarationem non est intelligendum ꝙ respectu huiusmodi tertiariorum extendatur iurisditio & gubernatio que fratribus mi. super tertiarios commissa est, quia talem iurisdi ionem seu gubernationem nō possunt fratres mi. habere super personas seculares, prout sunt prefati primi tertiarij, ac pro tanto bulla Eugenij .4. que dat fratribus mi iurisditionem super tertiarios extra cōmunitatem uiuentes debet intelligi post supradictam declarationem Sixti de illis qui fecerunt professionē in cōmunitate & postea uiuunt extra illam, Et si forte reperiretur aliqua bulla que conferret expresse iurisditionem fratribus mi . super huiusmodi tertiarios qui manent in seculo cum uxoribus & filijs seu alio modo consimili tunc esset aduertendum utrum talis bulla fuerit ante predictam declarationem, & in hoc casu iam nihil operatur, si autem fuit post supradictā declarationem tūc etiam nihil ualet, nisi expresse declarationem tunc etiam nihil ualet, nisi expresse derogaret huiusmodi declarationi Sixti immo esset repudanda tanq̄ subreptitia. Et insuper esset contra puritatem professionis predictorum fratrum mi. quia (ut dictum est) cum huiusmodi tertiarij sint declarati nō esse personae religiose non potest conuenire fratribus predictis iurisditio super illos, Verū est tamen ꝙ predicti fratres mino possent licite super prefatos tertiarios primi gradus habere quandam diligentiam seu curam spiritualem pro directione animarum illorū, utpote audiendo confessiones eorum & conferendo illis sacramentum Eucharistie frequentius q̄ alijs fidelibus necnon cōmunicando eis aliquas indulgentias & peccatorum remissiones & alia similia spiritualia quemadmodum fit confratribus & oblatis ordinis, & adhuc non haberent tantam auctoritatem super huiusmodi tertiarios sicut super oblatos perpetuos nisi similiter se offerrent & donarent in forma iuridica, &

tunc etiam non esset nisi quedam obligatio mutua sine preiudicio decimarum & tributorum ac iurisditionem ecclesiasticarum & secularium quibus manerent semp obligati ut alij mere seculares, & facit ad hoc determinatio Cōcilij Lateranensis suprapo sita in. §. 19.

¶ Aduertendum est etiam ꝙ habitus predictorum tertiariorum primi gradus non reperitur determinatus in aliquibus literis apostolicis, nam habitus determinatus per Nicolaum. 4. in regula quam ipse compilauit intelligitur secundum declarationem Sixti pro illis qui faciunt tria uota & uiuant in communitate, Consuetudo tamen uel potius corruptela interpretata est in diuersis prouintijs & regnis diuersas formas habituum ita ꝙ in aliquibus partibus deferunt huiusmodi tertiarij habitus consimiles habitibus fratrum mi. licet hoc fit expresse contra priuilegia predictorū fratrum mi. & nōnunq̄ eueniat inde materia scādali. De habitu tertiarioꝝ seculariū.

¶ Videtur tamen ꝙ habitus quem in partibus italie deferunt predicti tertiarij sit eorum statui & rationi magis condecens, quia quo ad formam deferunt uestes prout alij seculares, & quo ad colorē sicut fratres mino. & est uerisimile ꝙ talem habitum uoluit beatus Franciscus ꝙ predicti tertiarij deferrent, cum ab antiquo in partibus ubi prefatus sanctus primo instituit predictum tertium ordinem & ubi pro maiori parte conuersatus est obseruatus sit, & de presenti obseruetur talis modus habitus. Nota.

¶ Non possunt tñ p̄fati tertiarij deferre cordam sicut frēs mi. q̄a adhuc alij tertiarij q uiuunt collegialr nequeūt portare hmōi cordā regula ipsorū prohibente. Nota pro corda fratrū mino.

¶ Itē est aduertendum ꝙ ab huiusmodi tertiarijs nō pōt a fratribus mi. recipi aliquod uotū religionis sed ad plus potest fieri quedam acceptatio seu admissio ad predictam tertiam regulam exhortando illos ꝙ eā obseruent & adiuuando eos in confessionibus & alijs spiritualibus sicut confratribus ordinis, prout supra dictum est. Nec etiam propter hoc efficiuntur fratres superiores illorum sed remanent ut prius sub iurisditione ordinaria tam ecclesiastica q̄ seculari.

De superioribus tertiariorum.

¶Possunt tamen huiusmodi tertiarii (ad instar modi qui obseruatur cōmuniter in confraternitatibus) habere uelut superiores aliquos ex seipsis qui nominentur ministri uel alio nomine ut eorum curam habeāt ad conuocandum uel puniendum eos. &c. Sed huiusmodi ministri non sunt censendi tanquam illi ministri de quibus Nicolaus .4. facit mentionem in predicta regula tertiariorum, quia ueri ministri qui debent gubernare tanquam prelati sunt solummodo illorum tertiariorum pro uouent tria uota, & uiuunt in cōmunitate, aliter enim sequeretur ꝙ tertiarij primi gradus essent proprie religiosi, cuius tamen contrarium declaratum est per Sixtum .4. ubi supra.

¶Est insuper sciendum ꝙ huiusmodi tertiarij nō gaudent priuilegijs (saltem temporalibus) fratrum min. nam postquam Sixtus .4. declarauit ꝙ tales tertiarij non erant religiose persone non extenduntur ad eos communicationes priuilegiorum quas fecerunt tertiarijs Nicolaus .4. & Sixtus .4. sed solum de alijs qui sunt religiosi, Nec obstat predictis quedam concessio Innocentij .8. supraposita .§. 10. qua extendit omnia priuilegia concessa tertiarijs in communi uiuentibus ad eos qui uiuunt in particulari, quia illa concessio cū sit uiue uocis oraculo facta non facit fidem nisi pro foro conscientie & pro rebus spiritualibus, Et dato casu ꝙ faceret fidem in iudicio & extenderetur ad temporalia non debet intelligi nisi de illis qui fecerunt professionem in communitate, & postea uirtute alicuius dispensationis uiuunt in particulari (prout sepe accidit etiam in fratribus aliorum ordinum magis principaliū) licet tamen adhuc istud nō cōstet nimis clare.

Aduerte.

¶Vnde sequitur ꝙ grauis error fuerit quorūdam religiosorum qui intuitu pietatis uel deuotionis incōsiderate procurauerunt ꝙ predicti tertiarij in aliquibus partibus non soluerent decimas nec primitias asserendo esse exemptos ab huiusmodi & a solutione tributorum & uectigalium dominis temporalibus, presertim quia istud sepe redundat in non modicum dānum uicinorum huiusmodi tertiariorum & exa-

ctorum redditiuum, quia sunt aliqua predictorum onerum talis qualitatis, ꝙ quantum aufertur oneris uni uel pluribus exemptis seu priuilegiatis de populo tm̄ superimponitur alijs eiusdem populi non exemptis neqꝫ priuilegiatis, Et insuper qui prefatam exemptionem de facto procurauerunt incurrerunt in excōmunicationem ut patet supra in .§.10. circa quod propter ea ualde aduertendum est & cauendum in futurum.

QVO ad secundum gradum tertiariorū qui iuxta declarationem Sixti supradictam .§.7. faciūt tria uota & uiuūt in cōi sunt aliqua aduerteda. De secunda dr̄ia tertiariorum sci Frāci.

¶ Primum est .ꝙ isti sunt uere persone ecclesiastice & religiose & sunt exempti ab omni iurisditione ecclesiastica & seculari excepta subiectione quam debent habere ordini minorū de qua supradictū est .§.8. &.16. Nota.

¶ Alterum est ꝙ habitus istorum tertiariorum ſm regulam cōfirmatam per Nicolaum .4. debet esse coloris nec prorsus nigri nec prorsus albi sed quia predictus Nicolaus nihil dixit de forma huiusmodi habitus ac etiam de colore locutus est obscure fuit postea per Iuliū.2. prōuisum circa utrūqꝫ ut habetur supra .§.18.

¶ De cingulo autem huiusmodi tertiariorum dicitur in prefata regula confirmata per Nicolaum.4. ꝙ sit corrigia & non corda sicut est cingulū fratrū mino.

¶ Aliud est etiam notandum circa supradictos tertiarios, ꝙ super eos habent iurisditionem & superioritatem fratres mino tam obseruantes ꝗ conuentuales, ut patet supra .§.8.& 16.& qa utrisqꝫ fratribus mi. commissa est ideo est locus preuentioni.

¶ Vnde sequitur ꝙ licet huiusmodi tertiarii sint sub obedientia fratrum mino. conuentualiū possunt prelati fratrum obser. in de ectu uel absentia prelatorum conuentualium corrigere predictos tertiarios, ac similiter econtra. Ratio huius est quia non datur aliquibus gubernatio & iurisditio, ut occasione illius committantur impune illicita. Quapropter potest quelibet dictarum diuersitatum fratrum minorum exequi super p̄fatos tertiarios iurisditionē in defectū alterius. Nota.

¶ Reliquum insuper aduertendum est ꝙ huiusmodi

tertiarij in communi uiuentes gaudent omnibus pri-uilegijs concessis fratribus mi. sub quorum guberna-tione consistunt, ut patet supra in § 4. & 9. & 20
¶ De alijs uero tertiarijs qui licet in cōmunitate pro-fessionem fecerint sed postea in particulari extra suas communitates uiuunt uidetur ꝙ nequeant gaudere priuilegijs tēpalibus nec spiritualib' quibus fratres mi. & alij tertiarij collegialiter uiuentes gaudent, hoc pa-tet per statutū concilij Lateranensis suprapositū § 19.

De tertia dña tertia riorum.

QVO ad tertium uero gradum tertiariorum .f. eorum qui nec sunt mere seculares ut primi su-pradicti nec fecerunt professionem in cōmuni-tate ut secūdi etiam supradicti, sed qui propria aucto-ritate assumpserunt habitum tertiariorum aut illum receperunt ab aliquibus fratribus mi. non obseruata forma supradicta & qui post assumptionem uel rece-ptionem huiusmodi habitus ac etiam emissionē pro-fessionis extra communitatem uiuunt in aliquibus heremitorijs seu in domibus secularibus, non dubiū est quin temeritatem eximiam committant, & ꝙ tales nullatenus sunt tertiarij sancti Francisci nec alicuius regule ab apostolica sede approbate ac per cōsequens ꝙ nequeunt gaudere priuilegijs fratrum mi. nec ter-tiariorum nec existunt sub iurisditione illorum, pos-sunt tamen & debent procurare fratres min ꝙ prelati ecclesiastici ordinarij procedant contra tales, quia de-ferunt habitum religionis cuius ipsi non sunt, sicut habetur supra in dictione Habitus fratrum § 3. & 4. & hec de tertiarijs sancti Francisci dixisse sit satis.

Collector

¶ Sciendum est ulterius ꝙ solus sanctissimus pater Franciscus instituit fratres & sorores tertij ordinis seu de penitentia nūcupatos ut supra dictum est, propter quod in eius laudem canit ecclesia, Tres ordines hic ordinat primumq; fratrum nominat minorum, pau-perumq; fit dominarum medius, sed penitentum ter-tius sexum capit utrunq;, Attamen postea nonnulli alij ordines presertim fratrum mendicantium prefa-tam institutionem aliqualiter imitari nisi sunt, nam fratres Predicatores & Augustinenses, necnon & Car-

melite obtinuerunt a sede apostolica, ut aliquę persone utriusq; sexus in propriis domibus habitantes, aut saltē nō in cōgregatione regulari uiuentes, sed certo modo sub hmōi ordinibus respectiue degentes, quę pinzochere, aut mantellate, uel de penitētia dicūtur, gauderet priuilegijs dictorum ordinū, hoc patet quo ad predicatores. B. ffo. 240. cōcc. 573. & quo ad Augustiñ. B. ffo. 249. cōce. 622. & quo ad Carmelitas. B. ffo. 180. conce. 427. De omnibus autem huiusmodi personis, quę ut plurimum sunt femine, dictum est supra satis late in dictione Mulieres. & nonnulla alia adduntur hic, prout sequuntur.

SIXTVS. 4. concessit fratribus Carmelitis, ut possint administrare sacramenta eucharistię, & extreme unctionis suis pinzocheris, & mantellatis, quę sunt uelut tertiarię ordinis mi. in particulari uiuentes (prout arbitror) etiam in eorūdem domibus, Et similiter concessit, q; dū tales decedere contigerit, possint eorum cadauera ad eorundem fratrum ecclesias tumulanda deferre absq; licentia alicuius prelati ecclesiastici, & contradictione quacunq; non obstāte. B. fo. 97. & ffo. 180. conce. 426. Sacra.

¶ Aduerte, & uide circa hoc ea que statuta sunt in cōcilio Lateranensi, ut habetur supra. §. 18. Collector

¶ Idem Sixtus fecit aliam cōcessionem, sicut immediate suprascriptam fratribus Augustinensibus, ut habetur. B. ffo 247 conce. 621.

¶ Aduerte, q; de huiusmodi personis, que sunt uelut tertiarij fratrum minorum, dicta sunt multa supra in dictione Mulieres. uide ibi. Collector

TRANSIRE AD ALIOS ORDINES.

QVALITER possint, aut non possint fratres min. transire de sua religione ad aliam, uel de una obedientia ad aliā, dictū est supra in multis dictionibus. s. in dictione Abbas, & in dictione Apostate, & in dictione Nouitius, & in dictione Obedientia, & in dictione Obseruantes fratres. Vide ibi. Collector

Distinctio materie uenditionis.

Collector Aduerte quod nonulla reperiuntur in priuilegijs fratrum mino. que pertinent ad materiam uenditionis. & horum aliqua spectant ad fratres alia uero ad moniales cure ipsorum commissas prout infra patebit.

1 NICOLAVS .3. concessit, quod cum expedierit utilitati fratrum mino. uendere aut commutare aliquas res usui eorum prius concessas commutatio talium rerum pro rebus quibus usum fratribus liceat habere procedat seu fiat auctoritate uel licentia generalis & prouincialium ministrorum in suis administrationibus coniunctim aut diuisim. Voluit tamen & ordinauit quod si res huiusmodi estimato precio uendi contigerit fiat per procuratorem uel syndicum a sede apostolica uel a protectore ordinis deputatum & quod per eum pecunia pro precio rei uendite habita recipiatur & expendatur in rem licitam, cuius usum fratribus licet habere. habetur in declaratione Exijt qui seminat. fo. 10. in. 2. tractatu. & B. fo. 8.

Procurator uel Syndicus.

2 CLEMENS .5. declarauit non licere fratribus mi. habere hortos ut colantur ac olera & alia hortalicia precio distrahantur, & idem de quibuslibet alijs rebus habetur in declaratione regule que incipit Exiui de paradiso fo. 15. in 2. tractatu. & fo. 14. tractatu. 3.

Superfluitates.

3 SIXTVS .4. fecit duas concessiones pro fratribus mino. pertinentes ad hanc materiam, que posite sunt supra in dictione Bona in §. 5. & 6 uide ibi.

4 LEO .10. fecit quandam concessionem super uenditionem bonorum que aliqui fratres mi. acquisierunt cum extra obedientiam ordinis euagarentur, sed hec etiam posita est supra in dictione Bona. § ultimo.

Apostate.

5 Idem Leo fecit aliam concessionem circa comutationem seu uenditionem eleemosynarum superabundantium, prout habetur supra in dictione Eleemosynas. § ultimo.

Eleemosynas.

6 Idem Leo respectu uenditionis seu alienationis bonorum monasteriorum monialium .S. Clare & tertij ordinis fecit duas concessiones, que posite sunt in dictione Abbatissa. § penultimo & ultimo.

De bonis monialium.

CLEMENS

CLEMENS.7.extendit ad ordinem nostrum regularis obser.supradictam Leonis concessionem positã in dictione Abbatissa.§.ulti.dũmodo recipiende pecunie in domorum nostrarum reparationem/& earũdem necessitatis conuertantur prout patet per breue eiusdem datum die.7.Martij.1524.

VICARIVS.

¶Distinctio materie uicariorum.

¶Aduertendum q̃ de multiplicibus uicarijs reperitur facta mentio in priuilegijs fratrum mino. Collector

¶Et primo de uicario totius ordinis/qui cedẽte uel decedente generali ministro eligi debet.

¶Secũdo de uicarijs generalibus/& prouincialibus cismontanis/& ultramontanis/qui per conciliũ Constantiense fuerunt ordinati pro regimine fratrum mi. regularis obseruan.

¶Tertio de uicarijs conuentuum/uel domorũ predictorum fratrum / seu monialium eis cõmissarum, & de singulis istorum dicentur infra aliqua que ad eos spectant.

¶De uicario totius ordinis.

NICOLAVS.4.statuit & ordinauit ac districte inhibuit fratribus mino. ne deficiente ministro generali possint eligere aut constituere aliquem fratrem in uicarium ordinis prefati, absq; Romani pontificis & protectoris eiusdem ordinis licentia speciali per ipsius Romani pontificis patentes literas concedenda facientes plenam & expressam de huiusmodi literis mentionem.b.fo.31.& ffo.32.conce.33. De uicario ordinis.

¶Aduertendum q̃ post hec in statutis generalibus auctoritate apostolica in capitulo generali Burgensi factis sub sequẽti modo statutum & ordinatum est in capitulo undecimo de institutionibus officiariorum. Collector

¶Ceterum ordinatur q̃ superueniente morte ministri generalis si moriatur in partibus de quibus assumptus est minister in cuius prouincia moritur teneatur cõuocare partes diffinitores illarum partium in qui- Statutum generale.

hoc idem confirmauerunt multi alij summi pontifices, ac ordinauerunt multa & uaria circa huiusmodi uicarios, sed quia post capitulum generalissimum totius prefati ordinis Rome celebratum translatum est officium ministeriatus ad fratres minores obseruantes ac per consequens cessauit denominatio predictorum uicariorum omnia etiam illa que respectu talis denominationis fuerant statuta seu concessa similiter cessauerunt ideo superfluum foret hic illa ponere, qui autem uoluerit predicta que ad prefatos uicarios pertinebant uidere reperiet ea in libris monumentorũ ordinis predicti tam prime quam secunde impressionis/ necnon & aliqua in supplemento postea edito. ralibus & prouincialibus.

¶ De uicarijs & confessoribus monialium.

INNOCENTIVS.4. statuit q fratres mino. qui in monasterijs monialium fuerint deputati pro seruitio illarum in spiritualibus dũtaxat deseruiant ut habetur latius supra in dictione Monasteria.§.2. De uicarijs monialium.

IVLIVS.2. statuit & ordinauit q confessores seu uicarij monialium sancte Clare & aliarum religiosarũ sub cura fratrum mino. in regnis Hispaniarum degentium nullatenus possint ultra triennium officia huiusmodi exercere, & q predicto triennio finito uel antea (si ministro prouinciali expediẽs uidebitur) a predicto officio absoluantur. B. fffo.49. conce.145. Particularis pro hispania. De duratione uicariatus.

¶ Aduerte q idem Iulius ordinauerat prius hoc idẽ generaliter loquendo de omnibus & singulis officijs trium ordinum beati Francisci, ut habetur supra in dictione Officia ordinis.§.4. Collector.

¶ Circa auctoritatem uero huiusmodi uicariorum uide aliquid infra post.§.sequentem.

¶ De uicarijs conuentuum fratrum minorum.

¶ Idem Iulius in cõmunicatione amplissima quam fecit fratribus ordinis mi. de priuilegijs fratrum ordinis predicatorum concessit q ea que spectant ad uicarios conuentuum aut singularum domorum prefati ordinis predicatorum similiter spectent & pertineant ad uicarios conuentuum & domorum ordinis mi. B. ffo.218. cõce.511. & fffo.74. cõ.222. hoc habes latius. De uicarijs cõuẽtuũ frum.

supra in dictione Communicatio priuilegiorũ.§.12.

Collector ¶ Aduertendum est circa predictam concessionem, ꝙ licet in nostris priuilegijs nõ habeantur omnia que uicarijs conuentuum ordinis predicatorum sunt concessa immo pauca tamẽ deseruit huiusmodi concessio ad hoc ut quandocunq; peruenerint ad notitiam fratrum mino. illa que ad predictos uicarios predicatorum pertinent possint eisdem uti uicarij conuentuum seu domorum fratrum mino.

¶ Notandum est tamen ꝙ ut superius in nonnullis locis tetigi appellatione uicariorum apud fratres predicatorum non ueniunt uicarij cõmuniter usitati inter ipsos sed solum illi qui propter absentiam aut carentiam prioris eliguntur seu instituuntur ad presidendum uelut priores, & consimiliter intelligendum est quo ad fratres minores de illis uicarijs dũtaxat qui apud eos uocantur presidentes, quia abest uel deest guardianus, ad quod faciunt que subsequuntur.

Collector ¶ Aduertendum est etiam ꝙ quo ad auctoritate predictorum uicariorum monialium & conuẽtuum fuit statutũ in capitulo generali Albiẽsi id quod sequitur.

Statutum generale. Pro uicarijs mo. & gu. ac uicа. eorum ¶ Vniuersi confessores monialium nostri familie habeant presenti decreto semper actiue auctoritatem prelatorum super moniales in foro conscientie quo ad casus & sententias, habeantq; similiter guardiani ac uicarij guardianorum in absentia eorum, habetur hoc fo.228. tractatu.3. & ffo.248. in tractatu.2.

¶ Deinde in sequenti capitulo generali Laualis celebrato facta est sequens declaratio predicti statuti.

Statutum generale. Pro guardianis & suis uicarijs. ¶ Declaratur ꝙ illa clausula in Capitulo generali Albiensi inserta uidelicet ꝙ guardiani & eorum uicarij habeant auctoritatem prelatorum in foro conscientie &c. sic debet intelligi, ꝙ uidelicet auctoritas per patrem prouincialem cõcessa guardianis remaneat semper penes eorum uicarios seu uicariorũ uicarios ipsis guardianis suum conuentum pro suis negocijs exeuntibus, habetur fo.229. tractatu.3. & ffo.248. tracta.2.

VISITARE ET VISITATORES:

¶ Distinctio materie uisitationis & uisitatorum.

¶ Circa materiam uisitationis & uisitatorum sunt complura in priuilegijs fratrum mi. contenta. Collector

¶ Istorum autem quedam pertinent ad uisitationem fratrum actiuam & passiuam inter semetipsos, & hec posita sunt supra in dictione Correctio. §.9. & quasi in omnibus. §. ac in dictione Exempti fratres. §.2.&.4.

¶ Alia uero attinent ad uisitationem monialium sancte Clare sed hec similiter habentur superius in dictione Abbatissa. §.1. & in dictione Moniales. §.2.&.3.&.17 &.22.&.26.ac.27.

¶ Nonnulla insuper spectant ad uisitationem fratrum & sororum tertie regule beati Francisci, hec autem continentur supra in dictione Tertiarij. §.3.&.4.&.8. Attamen quo ad uisitationem quarumlibet monialium per fratres mi. faciendam fecit Leo.10. quandam concessionem, que habetur supra in dictione Ingredi monasteria monialium. §.23. ¶ Sed quo ad licentiam que ad uisitationis monialium officium exercendum requiritur notanda est sequens ordinatio Innocentij.8.

INNOCENTIVS.8. inhibuit sub grauibus censuris & penis, ne quisquam fratrum mino. regularis obseruan. sine suorum superiorum licentia & deputatione ac institutione presumat accipere & exercere officium confessoris seu uisitatoris monasteriorum monialium benginarum uel sororum quarumlibet aut temporalium dominorum & aliarum personarum secularium seu regularium utriusque sexus etiam si ad id apostolica auctoritate deputarentur. Et decreuit quod deputationes quas sic fieri contigerit sequentem conditionem habere debeant, ut.s. deputati ad officia predicta illa exercere possint, si ad id eorum sic deputatorum superiorum consensus & licentia accedant & non alio modo. B.ffo.157.conce 375. De uisitationibus & confessoribus monialium.

¶ Vltra predicta qui uoluerit uidere indulgentias quas promereri possunt uisitantes ecclesias fratrum minorum in festiuitatibus & alijs diebus annis reperiet eas supra in dictione Indulgentie quo ad seculares.1.&.2.&.3. Collector

VNCTIO EXTREMA.

Collector ¶ Quo ad administrationem sacramenti extreme unctionis sunt aliqua concessa fratribus mino tam respectu suorum tertiariorum & familiarium seu oblatorum q̄ aliarum personarum secularium.

¶ Ea que concernunt tertiarios ac familiares fratrũ habentur supra in dictione Tertiarij.§.19.& in dictione Familiares.§.3.&.8. & in dictione Absolutio ordinaria quo ad fratres.§.7.&.8.

¶ Illa uero que pertinent ad omnes seculares continentur in dictione Sacramenta.§.1. & in dictione Cõmunicare.§.6.&.10.

VOTVM.

¶ Distinctio materie uotorum.

Collector ¶ Secundum est ultimo, ꝙ in priuilegiis fratrum reperiuntur aliqua pertinentia ad materiam uotorum.

¶ Horum autem aliqua spectant ad personas fratrũ solummodo, & ista habentur in dictione Dispensatio.§.8.

¶ Alia concernũt personas monialium que cure predictorum fratrum sunt commisse, hec autem continentur in dictione Absolutio extraordinaria quo ad fratres.§.6.& in dictione Dispensatio.§.19.

¶ Reliqua uero respiciunt personas seculariũ, & hec continentur in dictione Absolutio quo ad seculares primo, in.§.16.& in dictione Absolutio quo ad seculares.2.in.§.11.ac.19.& in dictione Dispensatio.§.16.

SEQVITVR APPROBATIO OPERIS Compendij Priuilegiorum fratrum Mendicantium.

CVM LEO papa.10.in concilio Lateranēsi preceperit nullo modo aliqua opera edita a quocunq; impressioni dari nisi per episcopum uel alium habentem peritiam scientie libri seu scripture huiusmodi imprimende ab eodem episcopo ad id deputādum ac inquisitorem heretice prauitatis ciuitatis siue diocesis ubi librorum impressio huiusmodi fieret diligenter examinentur & approbentur, Et cum simili modo in statutis generalibus ordinis fratrum minorum cautum sit q̄ si qui fratres dicti ordinis aliqua opera noua ediderint non possint ea publicare aut imprimere, nisi prius examinata fuerint & approbata per generale Capitulum seu per eos quibus generalis minister duxerit committendum, ea propter cum Reuerendissimus pater minister generalis totius ordinis prefati mino. & ordinarius abbatie uallis oleti diocesis. Palentine necnon & Reuerendissimus dominus dominus Archiepiscopus Hispaniēsis inquisitor generalis Hispanie ac Sicilie non fratrem Martinum de Beiar ac fratrem Ioannem de Cumarraga & fratrem Ioannem de Curiel supradicti ordinis professores assignauerint examinatores cuiusdam operis cuius titulus est Compendium priuilegiorum fratrum mendicantium, & adhibita omni diligentia opus huiusmodi in nulla sui parte inuenerimus lutulentum, sed clarum & ueritati consonum opusq; limatum politum & tersum omniq; laude dignum, utpote quod usq; ad nostra tempora tale opus breue compendiosum utile ac conscientie proficuum sapientibus & minus sapientibus conferens nunquam ad notitiam nostram uenerit approbamus ipsum opus, & testificamur in nulla sui parte esse contrarium fidei aut ueritati sed omnium priuilegiorum ac bullarū & gratiarum predicti ordinis & aliorum mendicantium que ab alijs

diffuse & confuse colligebantur / in paruo uolumine hoc a collectore sapiente fuisse redacta / ideo in huiusmodi approbatiõnis testimonium / ac predictorum confirmationem subscripsimus hic nomina nostra.

Frater Martinus de Beiar.

Frater Ioannes de Cumarraga.

Frater Ioannes de Curiel.

INFRASCRIPTA PRIVILEGIORVM nostrorum confirmatio, & innouatio amplissima/hic apte uisa est apponi/cum alias nullibi fuerit impressa cui quidem summa etiam fides adhibenda est/nam de eadem extat breue iuxta morem sedis apostolice munitissimum / ac in locis plerisq; transumpta a iudicibus eiusdem sedis autentic. & approb.

CLEMENS papa. 7. ad perpetuam rei memoriam, dum fructus uberes/quos ordo sacer dilectorum filiorum fratrum minorum regularis obseruantie in agro militantis ecclesie cum propagatione religionis/ac defensione/& augmento fidei catholice ac salute christifidelium produxit hactenus/& in dies producit/diligenter attẽdimus dignum/ quin potius debitum putamus ut eius statum prosperum & tranquillum omni diligentia procuremus illius religiosas personas specialibus fauoribus & gratijs prosequamur, hinc est q nos motu proprio & ex certa nostra scientia tenore presentium omnia & singula priuilegia immunitates exemptiones presertim non soluendi clericis secularibus quartam funeralium quo ad fratres in possessione non soluendi quartam huiusmodi existentes ac omnia & singula indulta indulgentias/ peccatorum remissiones & gratias dicto minorum ac sancte Clare ac tertio de penitentia nuncupato ordinibus illorũq; fratribus monialibus sororibus & utriusq; sexus personis ac monasterijs domibus ecclesijs/ & locis quibuscũq; etiam per modum extensionis seu communicationis & alias quomodolibet per quoscunq; Romanos pontifices predecessores nostros ac nos & sedem predictam concessa auctoritate apostolica tenore presentium approbamus & innouamus & perpetue firmitatis robur obtinere & inuiolabiliter obseruari debere ipsosq; fratres moniales sorores personas monasteria domos ecclesias & alia loca huiusmodi omnibus & singulis priuilegijs immunitatibus exemptionibus concessionibus indultis indulgentijs peccatorum remissionibus & gratijs quibusuis con-


gregationibus dictorum ordinum aliorumq; ordinum mendicantium quomodolibet concessis & concedendis necnon etiam in quibusuis facultatibus & gratijs sue professioni regularis obseruantie non contrarijs alijs ordinibus quibuscunq; non mendicantibus quomodolibet concessis & concedendis uti frui & gaudere posse atq; debere in omnibus & per omnia perinde ac si eis concessa specialiter fuissent & constitutiones in ultimo capitulo generali dicti ordinis minorum regularis obseruantie in prouintia Burgeñ. regni castellefactas plenam roboris firmitatem obtinere & ab omnibus quandiu per capitulum aliud generale dicti ordinis mutate non fuerint inuiolabiliter obseruari debere necnon regulam ipsam per sanctum Franciscum pro fratribus ordinis minorum institutam obseruabilem meritoriam fundatam super sacrum euangelium existere & quoscunq; cuiuscunq; status dignitatis aut conditionis scribentes aut asserentes regulam ipsam non meritoriam uel inobseruabilem seu sacro euangelio repugnantem esse in hoc eorum assertionem huiusmodi non esse tenendam nec admittendam auctoritate & tenore premissis decernimus ac uolumus & mandamus, ipsosq; fratres ab inquisitoribus heretice prauitatis eximimus & sub nostra & apostolice sedis protectione suscipimus, ipsisq; inquisitoribus sub excommunicationis sententia & officiorum suorum priuatione inhibemus ne de dictis fratribus etiam ratione criminis heresis quoquomodo se intromittere presumant, sicq; per quosdam tam ordinaria q̃ delegata & mixta auctoritate fungentes iudices & personas ubiq; iudicari cognosci atq; decidi debere/ sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi cognoscendi & decidendi facultete necnon irritum & inane si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter uel ignoranter contigerit attentari esse decernimus, & nihilominus uenerabili fratri Archiepiscopo Florentiñ. & dilecto filio uicario nostro in orbe nunc & pro tempore existentibus committimus & mandamus quatenus ipsi uel aliter eorum per se uel

alium seu alios auctoritate nostra faciant presentes literas & in eis contenta quecunque plenum effectum sortiri illisque monasteria domos fratres moniales & sorores ac personas minorum & sancte Clare ac tertij ord. predictorum & alios quoscunque quos quomodolibet concernunt pacifice frui & gaudere, Nec permittant quemquam contra tenorem presentium modo aliquo impediri molestari aut inquietari contradictores quoslibet & rebelles etiam per priuationem quorumcunque beneficiorum suorum ecclesiasticorũ & inhabilitatis ad illa ac alia imposterum obtinenda ac quascunque de quibus uidebitur censuras & penas ac alia iuris opportuna remedia appellatione postposita compescendo inuocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij secularis, Non obstantibus felicis recordationis Bonifacij pape octaui predecessoris nostri etiam de una & in concilio generali de duabus dietis edita ac alijs constitutionibus & ordinationibus apostolicis necnon statutis & consuetudinibus etiam iuramento confirmatione apostolica & quauis firmitate alia roboratis, necnon priuilegijs indultis & literis apostolicis per quoscũque Romanos pontifices predecessores nostros ac nos & sedem predictam etiam motu proprio & ex certa scientia ac de apostolice potestatis plenitudine & cum quibusuis irritatiuis annullatiuis cassatiuis reuocatiuis modificatiuis preseruatiuis exceptiuis restitutiuis declaratiuis mentis attestationis ac derogatoriarum derogatorijs alijsque efficacioribus efficacissimis & insolitis clausulis quomodolibet etiam pluries concessis reformatis & innouatis quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis & indiuidua ac de uerbo ad uerbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu queuis alia expressio habenda aut exquisita forma seruanda foret & eis caueatur expresse quod illis nullatenus derogari possit illorumque omnium necnon quarũcunque etiam in forma breuis literarum occasione premissorum quomodolibet confectarum.

& quorũcunq; in eis contẽtorum tenores presentibus pro sufficienter expressis ac de uerbo ad uerbum insertis necnon modos & formas ad id seruãdas pro indiuiduo seruatis habentes hac uice dũtaxat illis alias in suo robore permansuris harum serie specialiter & expresse derogamus, necnon omnibus que in dictis concessum est non obstantibus contrarijs quibuscũq;, aut si aliquibus communiter uel diuisim ab eadem sit sede indultum quod interdici suspendi uel excommunicari non possit per literas apostolicas non facientes plenam & expressam ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem, Volumus autem q; presentium transumptis manu alicuius publici notarij subscriptis & sigillo alicuius persone indignitate ecclesiastica constitute munitis eadem prorsus fides in iudicio & extra adhibeatur que presentibus originalibus adhiberetur si forent exhibite uel ostense. Datum Rome apud sanctum Petrũ sub annulo piscatoris die trigesima Maij Millesimo quingentesimo uigesimo quinto pontificatus nostri Anno secundo.

LAVS DEO.





Collector.

Nego equidem me excusoris prestare culpam.
Quod si non illum sed me peccasse putaris,
Tunc ego te credam cordis habere nihil.

Poeta quidam ad librum & eius lectores.

I liber & uarias terras urbesq; uideto,
Et sine delectu plurima tecta subi.
Te uideat gnarus, sed te inuidus insipiensq;
Mordeat insulsus teq; peritus amet.
Omnibus esto patens sed non sis omnibus unus,
Sisq; pijs sapidus sed nocuos lateas.
Quod si forte aliquis pluteo te subdere certet,
Censuram patere si uir erit sapiens.
Sed te si quis erit/qui ignaro carpserit ungue/
Despice prudentum fisus in arbitrio.
Et uos lectores libro prestate fauorem,
Quem tanti pietas contulit alma patris.

Registrum operis.

A B C D E F G H I K L M
N O P Q R S T V X Y Z
Aa Bb Cc Dd

Omnes quaterniones.

Impressum Venetijs per magistrum Sebastianum Vincentinum. Anno domini M.D.XXXII. die. XII. mensis Septembris.

